

Mentzer, Atlantes Colonienses QUA 7:

Es fehlt am Schluß die 87. Tafel "Ventorum Index-
Vocabularium" sowie 10 Textseiten.

klebe u. köln auch separat auf u 533.534.


Nicht ausleihbar

534.

[Handwritten signature]



Gegen die deutsche Ausgabe von 1800 (Seite 110)
weist die vorliegende lat. Ausgabe von 1698
ein Mehr von 4 Te. auf (abgeschrien von
den 1. 2. 3. 4. Te. des 1. Buchs von Wundt
nach 17. die Bemerkung aus 1. 2. 3. 4.)



EVROPA

FASCICVLVS
GEOGRAPHICVS

Complectens
PRAECIPVARVM TOTIVS
orbis Regionum tabulas circiter
centum. vnà cum earundem E-
narrationibus.

Ex quibus

TOTIVS MVNDI SITVS
vniuersaliter ac particulariter cognosci
potest. fluviorum scilicet, montium, sylua-
rum, solitudinumq; qualitates: vrbiū &
origines: populorum deniq; diuersissi-
morum naturæ ac mores.

In ordinem hunc compendiosum redactus
per Matthiam Quadum Sculptorem.

ASIA

COLN AM REIN

Bey Iohan Buxemacher Kunst-
drucker vff S. Maximus Strass daselbst.

M D CVIII.

AFRICA

AMERICA

21

~~Rara~~
GuSt 447

Landes- u. Stadt-
Bibliothek
Düsseldorf

2



V. C.
DOMINO HERMAN-
NO CRANIVRIS V-
TRIVSO CONSVL-
TISS. SVMMI PENES
INCLYTAM GER-
MANIAE PROVINCIAM
TRIBUNALIS APVT SPI-
RAM NEMETVM TITV-
LO ROM. IMPERII PATRONO,

VT NVNC DICIMVS ADVOCATO, DOMINO ET FAVORI SVO
plurimum obseruando Fasciculum hunc Geographicum lubens meritoque
dedicat Ianus Bussemecher ciuis & Eiconopola Colonienfis.

ANNO

Speran DVM nobis In Christo.

Cranie de Gruibus sortitus nomen honestum,
E patria nomen voce virile geris.
Laurea te Legum redimit, rude namq̄ beatus
Donaris; si vis, purpura summa venit.
Curia te Nemetum veneratur summa Patronum,
Imperii causas & monumenta gerens.
Hic Gruis es comes, & vigilantia nomina seruas;
Insomne hoc tempus namq̄ Patronus habes.
SPIRAE immortalis spiras spiracula vitæ,
Et causas dicis, quas bona causa iuuat.
Qui causas rerum summas bene noscere gestit,
Terrarum partes nouerit ille bene.
Dedicat ergo tibi manus hoc opus, optime, nostra,
Patrone, & nomen vendicat ergo tuum.
Qui magnæ causas patriæ tutaris, & almæ,
Causam in te nostræ suscipe, partis, habe:
Nam tua me benefacta ligant, venerande Patrone,
Obstrictus meritis sum super astra tuis.
Ergo cape hoc munus, si muneris id vice pensas,
Ut vires animus suppleat ipse bonus.

Guil. Salsm. Th. D. P. L.
Pro Ioanne Busenmech.

PROLEGOMENA
PAUCA ET UTILIA IN
PRAESENTEM LIBELLUM,
GEOGRAPHIAE STUDIO SIS NON GRA-
TA MINVS QVAM NECESSARIA.



De utilitate Geographiae ante omnia pauca hic praefari-
visum est, quoniam nulla est facultas cui haec magno or-
namento non sit, & cui auxilium non ferat maximum.
Primum itaque Historia adeo indiget hac cognitione,
vt sine ipsa nullum possit afferre lectori fructum: si qui-
dem Historia nihil aliud est quam simplex & sin-
cera narratio eorum quae acciderunt: quae narra-
tio in duabus praecipue fundatur circumstantijs, nem-
pe in tempore, & in loco, vbi successus aliquis con-
tingit. Nō potest igitur curiosus Lector ex Historia ve-
rum haurire sensum ac intelligentiam, nisi habeat ante
oculos aliquam picturam seu descriptionem Geogra-
phicam, vt videre possit situm locorum, quorum in historia fit mentio. Eadem ra-
tione haec facultas valde necessaria est. Sac. Theologiae, quando quidem ea abundat hi-
storijis permultis, vt videre est in Genesi, in Exodo, atque etiam in Epistolis D. Pau-
li, & in Actis Apostolorum, vbi frequens fit mentio Aegypti, maris Rubri, deserti A-
rabiae, Mesopotamiae, Persiae, & plurium urbium ac locorum Asiae tantum atque A-
fricae, sed nostrae etiam Europae. Quantum praeterea Philosophiae sit necessaria, am-
plam praestant fidem Aristotelis & Platonis volumina, quae in permultis locis obscu-
ritate nimia laborarent absque Geographiae intelligentia. Et Strabo quidem in pri-
mo Geographiae suo libro refert, primos, qui de hac facultate scripserunt, famosissi-
mos fuisse Philosophos. Geographia etiam plurimum Medicinae conducit, afferendo
Climatum distinctionem, atque ostendendo locorum varietatem, quorum cognitio
ad cognoscendas animalium, stirpiumque varietates ac qualitates iuuat. Quod sum-
mè utilis Legali disciplinae sit, ex hoc sine dubio constabit, quod locus nostrarum a-
ctionum sit aut Terra aut a qua vbi habitamus, vt ait Strabo, nisi igitur Geographia
distingueret continentes, maria, status, & regiones Principum ac priuatorum, notan-
do diligenter eorum fines ac terminos; omnia quidem confunderetur, nec Principes
ipsi scire possent quis dominiorum suorum certus esset terminus, sed continuo inter
eos lites, contentiones, ac bella versarentur, quod etiam inter priuatos homines con-
tingeret Astrologiae pariter ob motuum Caelestium cognitionem Geographia adeo
est necessaria, vt intelligi nequeat absque illa; cum apparentiae quaecunque Cae-
lestes ad nos referantur, qui secundum variam Caelestis Sphaerae posituram in diuersis
Terra locis habitamus: vbi tanta dierum ac noctium varietas accidit, tantaque in Or-
tu & Occalu siderum differentia. His adiungere volumus, & militarem disciplinam,

nauigato,

naigatoriam artem, & mercaturam sine Geographiæ cognitione mutilas ac imperfectas esse. Ad hæc quantam adferat delectationem curiosis ad intelligendum locorū varietatem, item populorum, animalium, auium, herbarum, & lapidum, atque historiam multarum aliarum rerum mirabilium, quæ multis in locis animaduertuntur, quilibet intelligentium per se conijcere poterit. cum per multi reperiantur, qui curiositate capti diuersa loca peragrarent, nisi rerum tantummodo historia contenti domi retinerentur, dum eam cognitioni Geographiæ consociant. postremò Geographica hæc facultas Principibus viris adeo necessaria est, vt ipsimet ipsam fundarint, mittentes per vniuersum Mundum eruditos homines ad varietatem regionum ac locorum explorandam. Inuentores etenim Geographiæ ac Cosmographiæ, & qui de his facultatibus scripserunt, fuerunt Philosophi ac magna eruditione viri, veluti Homerus, qui à Strabone Geographorum princeps cognominatur, Anaximander Milesius, Hecateus Milesius, Democritus, Eudoxus, Dicæarchus, Ephorus, Eratosthenes, Polybius, Posidonius, Strabo, Póponius Mela, Plinius, Solinus, Marinus Tyrius, & inter hos omnes Claudius Ptolemæus maiore eruditione ac pulchriore ordine volumen suum conscripsit, quod alijs omnibus anteferendum videtur. Nostrâ autem, sicut vt patrum nostrorum ætate, non vltimæ eruditionis Cosmographi ac Geographi exire, & partim etiam nunc existunt, Ioachimus Vadianus, Munsterus, Melanthon, Auentinus, Francus, Ortelius, Bertius, Cellarius, VVagenerus, totiusque classis summus dux Gerhardus ille Mercator ante annos non ita multos in nobili Teutoburgensium vrbe defuncti, cuius vestigijs nunc felicissimè insistant Petrus ille Plancius, & Iodocus Hondius sculptor non minus dexter quam Cosmographus insignis. Quod porro ad *Γεωγραφία* Geographiæ, ea Græca est dictio, duabus constans vocibus, nempe ex *Γεα* quod Græcis terrâ sonat, & ex *Γραφο* quod scribo seu describo significat, itaque nomen hoc Geographiæ nihil aliud significat quàm Terræ descriptionem. Aduertendum tamen est, terram hic non debere accipi sub propria ac stricta sua significatione, scilicet vt vnum est ex quatuor Elementis: sed pro Terra hic intelligendus est globus Terræ & Aquæ simul, quem communiter Mundum vocamus, qui scilicet ab animantibus habitatur. Est itaque Geographia iuxta nominis deriuationem illa ars seu facultas quæ describit Mundum, vel maiorem portionem eorum quæ in eo sunt, veluti sunt prouinciæ, vrbes, oppida, maria, flumina, lacus, montes, promontoria, & aliæ partes principales ipsius Mundi: studendo vt hæc omnia delineata sint, tum secundum habitudinem ac positionem quam adinuicem habent, tum etiam respectu Cæli. Nunc & pauca de discrimine Geographiæ ac Cosmographiæ dicamus, videmus enim non nullos esse qui Geographiam sub Cosmographia reponunt, quæ Mundi descriptio vocatur, intelligendo scilicet Cosmographiam ortum ducere à *Κοσμος* quod Mundum significat, id est, vniuersum ipsum complectens intra se Cælos, ac globum terræ & aquæ cum reliquis elementis; & à *γραφω* quod sign. describo. Hi siquidem Cosmographiam diuidunt in illam facultatem quæ propriè Astronomia vocatur, & hæc sane considerat principia, motus, affectiones, & passiones Cælorum ac stellarum: & in Geographiam quæ circa terræ descriptionem versatur. Geographiam præterea bipartitam faciūt; vnâ accipiunt eam, quæ describit globum terrenum respectu partium magis vniuersalium & obseruat ordinem situmque locorum inter se, & respectu positionis Cæli, & hæc propriè Geographiam vocant, altera pars propriè Topographia seu Chorographia appellatur, quæ scilicet versatur in descriptione locorum particu-

larium nullo

larium nullo
ueniuntur e
catione, desc
tionem hui
am illam eff
locorum, &
ratione dign
locorum tar
rimum fieri
agit solum
tionis, dist
Cælum, quæ
Cosmograph
alijs huiusm
Strabo edid
ctorem com
nia obserua
prolixitate
sufficenter
eius intell
nit igitur in
Oceani sup
camus. sphæ
ibiq; cõque
motes qui i
ipius rotati
non difficil
ne definire,
obseruatio
rẽ dimensio
admonente
ac indubita
alius vsus ad
nonnulli hi
circo terre
talicis 3000
niunt ita dia
tudo terre
5. vnde cõ
miliarium
cum quatuor
huius senten
252000. id e
tosthene no
Plinij ratio
HI PPA

ac imper
im locorū
que histo-
uertuntur,
r, qui curi-
ntenti do-
d Geogra-
fundarint,
gionum ac
e, & qui de
veluti Ho-
nder Mile-
stothenes,
yrius, & in-
dine volu-
l autem, si-
Geographi
Melanthon,
latis sum-
Teutobur-
le Plancius,
gnis. Quod
s, nempe ex-
ficat, itaque
. Aduerten-
nificatione,
est globus
et ab animā-
rs seu facul-
nt, veluti
, & aliæ par-
a secundum
Cæli. Nunc
enim non
i descriptio
quod Mund-
bum terræ
em Cosmo-
ir, & hæc sa-
arum: & in-
terea bipar-
ctu partium
respectu po-
pographia
um particu-

um nullo

larium nullo habito respectu ad partes Mundi maiores, & ad loca circumuicina. Inueniuntur etiam, qui Cosmographiam non intelligunt sub hac ampla & lata significatione, descriptionis scilicet vniuersi: & hi quidem propriam obseruant interpretationem huius vocis Cosmos, quæ ornamentum significat; vnde aiunt Cosmographiam illam esse facultatem quæ describit & narrat naturas & proprietates regionum, locorum, & rerum in ipsis contentarum: mores item gentium, atque omnia consideratione digna, quæ diuersis temporibus acciderunt, nullo habito respectu mensuræ locorum tam inter se, quàm collatione ad Cælum: id quod in præsentī libello vt plurimum fieri videbimus. putant verò Geographiam esse particularem facultatē, quæ agit solummodo de terra, & de hac Mundi parte cognita & habitata respectu dispositionis, distantiarum, & situs cuiuscunque loci tam inter se, quàm comparatione ad Cælum. quæ profectò distinctio si vera esset, Strabonis opus ab ipso inscribi debuisset Cosmographia, quia pertractat de qualitatibus locorum, de moribus gentium, & de alijs huiusmodi rebus, quæ secundum istos potius Cosmographicæ sunt. nihilominus Strabo edidit suos libros sub nomine Geographiæ. Nunc & huius rei benignum lectorem comonefacere visum est: quoniam in tabellarum enarrationibus id ante omnia obseruare forma libelli nobis iniunxerat, vt quantum fieri potuit. singule earum prolixitate sibi corresponderent, atque ideò in prima illa & vniuersali mappa minus sufficienter de situ ac statu terrestris globi dictum esse videbitur, ea quæ ad pleniorē eius intellectum facere constabunt, in præsentī hac præfatione persequemur: Conuenit igitur inter omnes Philosophos, Astronomos, Geographos, superficiem Terræ cū Oceani superficie, seu aggregatam hoc Terræ & Aquæ, quod Mundum terrestre vocamus. sphericæ esse figuræ, atq; ob naturalē sui grauitatē vniuersi occupare centrū, ibiq; cōquiescere. Cōstat & hoc ex Astronomorū obseruationib; ac demonstracionib;, mōtes qui in orbe terreno reperiūtur, quāuis excelsi & spectatæ sint altitudinis. Terræ ipsius rotunditati minimè obltare, cū nullius sint momēti ad tantā Terræ molē: vnde non difficile admodum ipsis fuit, ambitum huius terrestris Mundi certa dimensione definire, ac totam insuper ipsius superficiem ac profunditatem. Quocirca relictis obseruationibus, ac certis demonstrationibus, quibus varij artifices vsi sunt in ijs Terræ dimensionibus peruestigandis, eorum mensuram variè traditam hic apponemus; admonentes, nullam fortè inter eos esse ambiguitatem aut discrepantiam, cum certa ac indubitata vsi sint ratione: verū ob id hanc mensuræ varietatem accidisse, quòd alius vsus alt maioribus stadijs, alius minoribus, alius mediocribus: sicut etiam hodie nonnulli hic maioribus ille minoribus vtuntur miliaribus. **POSSIDONIVS** idcirco terrestrē ambitum definit stadijs 240000. id est, miliaribus communibus. Italicis 30000. secundum quam rationem vni gradui terrestris circuli maximi conueniunt stadia 666. cum 2. tertijs, id est, miliaria 83, cum 3. octauis. Diameter seu crassitudo terrestris globi & stadiorum 76363, cum 2. tertijs ferè, id est, miliarium 9545. cū 5. vndecimis. **ERATOSTHENS** definit ambitum terræ stad. 250000. nempe miliarium 31250. assignans vni gradui 694. stadia cum quatuor nonis, id est mil. 86. cum quatuor quintis ferè. Diameter est stadiorum 79345. cum quinque vndecimis de huius sententia, id est mil 9943. ferè. **PLINIUS** sponit ex Eratosthene ambitum 252000. id est mil. 31500. quia tribuit præcisè vni gradui 700. stadia, vt supra ex Eratosthene notauimus, & hunc quidem auctor Sphæræ sequitur. Diameter iuxta hanc Plinij rationem est stadiorum 80182. ferè, seu miliaria 10023. ferè.

HIPPARCHVS ambitum tradit stadiorum 277000. id est miliarium 34625. se-

cundum

cundum quam rationem vni gradui competūt 774. stadia, & miliaria 96. cum tribus quartis, & diameter est 8812. ferè, hoc est miliarium 11016. cum dimidio. Ex DIONYSODOKI (vt in Plinio habetur) cognita Semidiametro colligitur ambitus terrestris globi stadiorum 264000 & vni gradui debentur stad. 733. cum tertia parte, id est mil. 92. cum duabus tertijs. Diameter est stadiorum 84000. seu miliarium 10500. PTOLEMAEVS tandem deprehendit vnum maximi terrestris circuli gradum 500. tantum complecti stadia quæ faciunt miliaria 62. cum dimidio communia. seu 15. cum quinque octauis Germanica, ac propterea totum ambitum 180000. stadiorum definit, quæ faciunt mill. Germanica 5625. & communia 22500 Diameter est stadiorum 57273. ferè, quæ reddunt miliaria Germanica 1790. ferè, & communia 7159. Sunt tamen qui vni gradui terrestris circuli 15. Germanica miliaria præcisè tribuant, ac 62 Italica Vnde iuxta horum rationem erit ambitus terrestris globi mil. 5400. Germanicorum, & Italicorum 2220. ac Diameter seu crassitudo globi terreni miliarium Germanicorum 1718 Italicorum verò 7556. cum 4. vndecimis. Ex hac autem Terræ dimensione satis clarè constat, Mundi terrestris superficiem non esse imensam, sed posse totam ab hominibus per lustrari. vnde si terra ipsa esset vndique continuata & ab aquis libera posset ab homine pedestri vel equestri itinere circūambiri in 900. diebus. hoc est, in duobus annis cum dimidio ferè, conficiendo quotidie 25. miliaria communia Italica. Quin imo etsi terræ facies non fuerit vndique ab aquis discooperta, nihilominus Orbem ipsum totum circumnauigatum fuisse constat, idq; non semel, Ferdinandus enim Magellanus Anno Domini 1519 die 20. Septembris soluens ex Hispania, sequenti anno 21. Octobr. ad fretum Magellanicum à se ipso primo inuentore vocatum peruenit, quo penetrato Moluccas petijt insulas. sed cum ipse in Barusis insulis interemtus fuisset, reliqua classis ipsius lacera & mutila Orbe deinceps circumnauigato post triennium propè exactum in Hispaniam reuerfa est. Cæterum Geographi Terram, sicut Astronomi Cælum, duplici metiuntur via, secundum longitudinem, & secundum latitudinem. Longitudinem Terræ fecerunt præsci iuxta dimensionem ab Occasu in Ortum, eumque vocarunt spatium à Canarijs seu Fortunatis insulis ad extremam vsque Indiam Orientalem protensum, & in Aequatore aut alio ipsi parallelo circulo collectum, quod quidem 180. gradus complectitur. Statuerunt autem initium longitudinis Terræ in Meridiano dictarum Fortunatarum insularum. quæ sitæ sunt in vltimis Hispaniæ & Mauritanici finibus, quod vltra has nec aliàs insulas, nec habitatam terram reperiri amplius, sed infinitum potius fuisse Oceanum arbitrarentur. Hoc tamen non est ignorandum, Hispanos plerosque in descriptione nouarum Indiarum non sumere longitudinem Ptolemaica ratione ab insulis Canarijs versus Orientem numerando, sed à Toletano Hispaniæ Meridiano Occidentem versus computando. Sunt tamen qui Meridianos ad mentem Ptolemæi designant, vt videre licet in Americæ quadam descriptione. Latitudinem autem per trāuersum computarunt, nimirum ab Aequatore circulo ad vtrumque Polum, hoc est, totā terræ portionem cognitam acceperunt vltra, citraque Aequatorem versus vtrumque Mundi polum exporrectam, quam quidem Ptolemæus versus Septentrionem ad 63. gradum vsque extendit, termino in insula Thyle constituto, quæ fuit vltima cognitarum veteribus ad Boream terrarum, ac sita est supra Scotiam & insulas Hebrides atque Orcades in Septentrionem & Orientem, hodieque Schetlandia, & nautis Thylnsel vocatur. At verò Meridiem versus Ptolemæus ipsam terram vltra

Aequatorem

Aequatorem 17 gradu latitudinis Austrinae finit, praefixo termino in praesens promontorio Agylimbæ Aethiopum regionis, quod hodie Mozambique dicitur. Hos autem fines centum abhinc annis prorogatos ac dilatatos quoquo versus nouis (solertia Principum, & nautarum industria) aduenientis tot terris, ac insulis propemodum innumeris. Vnde collatis his terrarum accessionibus cum veteri Terræ portione, longitudinem terrestri huius Orbis integro circulo complectemur, siquidem totus Orbis penes longitudinem lustratus est, etsi non vbique terris continetur. Latitudinē verò ad vtrumque Polum finiemus, quanquam versus polos parum admodum de Terræ habitatione hæcenus innotuerit. Vt autem vniuersi Orbis plenaria descriptio rectius percipi queat, ipsius superficiem in Terrenam primum diuidemus & in Aquatilem; Aquatilis portio ex Oceano, maribus, fluminibus, & lacubus constat. Oceanus ingens illud ac vniuersale aquarum corpus est, cuius veluti membra sunt omnia Maria, quorum maximum ac famosissimum est Mediterraneum illud, in quod tria insignia incidunt flumina, vbi Nilus, Tanais, & Ister, alia insuper per totum Orbem dispersa quamplurima habet Maria Oceanus (nam vnus ipse totum terrarum Orbem circumit) veluti Mare Balticum & Sarmaticum, Hibernicum, Rubrum, Persicum, Indicum, Mexicanum, & alia innumera. Freta Oceani tria præ cæteris memorabilia sunt, veluti Magellanicum, Herculeum siue Gaditanum, & Balticum siue Danicum. Apertus porò Oceanus abluit vndique tam Orbem veterem quam nouum, qui tot nominibus vocatur, quorà vicinis terris seu plagis sortitur. nam ab Oriente dicitur Oceanus Indicus; ab Occasu dicitur Atlanticus, & Magellanicus; ad Septentrionem Hyperboreus, & mare Glaciale vocatur; ad Meridiem verò Meridionalis. Eodem modo & mare Mediterraneum (sic dictum quod per mediam Terram ad Orientem extendatur) plura sortitur nomina, & alia quoque maria minora efficit, veluti Tyrrenum, Magnum, Aegæum, Icarium, Hadriaticum, &c. freta itidem tria habet nobiliora, vti Siculum, Galipolitanum, & Tauricum. Terræ autem facies varia admodum est, ac principaliter in continentes & in Insulas diuiditur. Continentes sunt tres Orbis veteris, qui Asiam, Africam, & Europam continent; Noui orbis, quem Sanutius Atlanticum vocat qui Indias Occidentales complectitur: & Australis qui nondum totus cognitus est. Insulae verò dicuntur, quæ omni ex parte aquis (siue Oceani siue cuiusvis Maris, sepe etiam fluuij & lacus) circumdatur, quarum innumerae penè in Orbe sunt, nobiliores tamen existunt S. Laurentij, Sumatra, Zeilan, vtraque Iava, Anglia, Hibernia, Islandia, Iapan, Bornei, Hispaniola, Cuba, Moluccæ, & alia. Diuiditur porò & ipsa terreni Orbis superficies in quinque Zonas, nempe in Torridam, duas Temperatas, & duas Frigidas, quæ sanè sunt spatia Terræ inter duos circulos Sphæræ minoris comprehensa. Sunt autem circuli diuidentes Zonas quatuor: duo quidem Tropici, quorum alter Cancrj, alter Capricorni; & duo Polares, Arcticus scilicet & Antarcticus. Ex his quinque Zonis credidit antiquitas, vt quæ intra Tropicos continetur, quæque Torrida vocatur, propter vehementem æstum habitari com modè nõ posse, & hæc quidem vltra citraque Aequatorem gr. 23. cum dimidio expanditur, totaque gradus 47. complectitur, quanta nimirum est distantia inter Tropicos. Duæ verò quæ extra hanc vtrinque panduntur ad grad. 43. ferè (nempe à grad. 23. cum dimidio vsque ad grad. 66. cum dimidio latitudinis ab vtraque Aequatoris plaga) clementis ac temperati Cali, & frequentis habitationis esse tradunt omnes, quarum vna nostra est, altera nostrorum Antipodum, at quæ vltra has trans Arcticum circulum

in Boream, & trans Antarcticum in Austrum porriguntur, ob immane frigus damnatas esse, & à rerum natura in nubem æternæ caliginis mersas esse ab antiquis creditum est. & hæc quidem gradus 23, cum dimidio circum vtrumque Polum complectuntur. Veruntamen superioris & nostri seculi navigationes clarius docuerunt nouo Terrarum adinuento orbe cum plerisque nouis insulis, Aequinoctialis & Zonæ torridæ tractum non solum habitabilem, sed etiam summæ commoditatis esse, cum ibi caloris diurni cū nocturno frigore summa sit moderatio & temperatio. Quin imò sub Aequinoctiali ipso aeris temperies vt habitatio satis comoda percipitur: nã ibi magna est agrorū fertilitas, & incolæ maximo sunt ingenio præditi, album habentes ferè colorem, & capillos satis prolixos. Loca Zonarum etiam frigidarum non sunt inhabitabilia, vt præsci voluerunt, sed sunt aspera & minus culta, quòd sint procul remota à Sole, & molliorum Syderum aspectibus, etenim Sol propter nimiam distantiam ab istis locis Zonæ frigidæ ea valde ex obliquo aspicit. Quocirca Solis quidem situs potissima est causa commoditatis & incommoditatis regionum omnium: sed plurimum quoque facit qualitas & forma telluris subiectæ, an sit plana vel montuosa: an arida, vel fluminibus irrigata: an habeat pingue, an arenosum solum: item vnde ferantur vèti. Vt Aegyptus est fertilissima, quia rigatur Nilo: loca proxima sunt sterilia, quia destituuntur aquis. Sic etiam propinqua loca sub eadem Cæli plaga sita plurimum differunt: vnde in Lybia sunt Aethiopes, quia sunt loca plana, & perusta à Sole: in Asia non sunt, propter, montes, valles, & flumina, quibus æstus retunditur & mitigatur. Cæterum habitatores Zonarum iuxta situm eorum inter sese cõparantur: alij sunt Antipodes, alij Antæci, alij Peræci. Antipodes dicuntur qui secundum diametrum Sphæræ inhabitant partes Terræ oppositas, & hi quidem pedes obuertos ad inuicem habent, hoc est, qui eundem Meridianum & Horizontem, sed diuersos parallelos, æqualiter tamen ab Aequatore remotos obtinent, ac distant inter se medietate circuli maximi, nempe gr. 180. Antæci dicuntur qui in diuersis & è regione positis Zonis sub eodem Meridiano, sed diuersis parallelis, æqualiter tamen ab Aequatore remotis habitant. Sed de his plura apud prolixiores Geographos inuenies. Superest nunc vt vniuersi Orbis diuisionem in præcipuas eius partes afferemus. Olim prædecessores nostri vniuersi Orbis habitabilis portionem in tres distinctas præcipuasque partes diuiserunt, in Europam scilicet, Africam, & Asiam: quibus posteri quartam adiunxerunt partem, quæ nunc America dicitur, intra centum annos adinuenta, ipsisque antiquis profus ignota, quæ tamen si magnitudinem spectes, duabus aliarum portionibus æquari potest. Ex recentioribus quidam vniuersum Orbem in partes duas secant, in Veterem seu Antiquum orbem, quem Terram Ptolemaicam vocant: & in Nouum orbem, quæ Terram Atlanticam dicunt. Antiquus orbis est, qui Ptolemæo, Straboni, Plinio, Mele, atque alijs præscis fuit cognitus: Nouus verò qui recentioribus temporibus à naucleris Regū Portugalliæ, Hispaniæ, & Galliæ detectus est. Nunc verò cõgruentiore forma vniuersum ipsum tam cognitum, quam incognitum in septem principales partes diuidere possumus, quarum primæ tres sunt, Europa, Africa, Asia (antiquæ scilicet Orbis partes). quarta est noui Orbis pars Septentrionalis cui Americæ nomē relinquimus, quæque Sancto Atlantica Septentrionalis vocatur, & continens potius est, in qua sunt prouinciæ: Estotilant, Terra laboratoris, Terra de Bacalaos, Noua Francia, Norumbega, Virginia Florida, Noua Hispania, & aliæ. quinta est Meridionalis eiusdem pars, quam vno nomine à primaria eius prouincia Peruuiam vocamus, & (sicuti Africa) peninsula est, ab America Istmo quodam discreta: regiones continet Bresiliam, Tinnadam,

Cariba-

Caribanam.
Australis, se
ne diximus
go è regione
gnis inter m
tem pars est
potest, estq
circa ipsum
summæ alt
quas Ocean
tentrionem
facit Ocean
suique ang
qui tribus i
titudo eius
& Biarmia
tem Anglu
voraginem
vnquam t
etiã Girale
de vniuers
vel typ
me

Caribanam, Paguanam, Peruuiam, aliasque complures & amplas. Sexta pars est Terra Australis, seu continens Australis recenter detecta (quam Magellanicam vno nomine diximus) sed interius nondum cognita, in qua est Psitacorum regio, Terra delFuego è regione freti Magellanici, Beac prouincia aurifera, cum Lucach & Maletur regnis inter maiorem & minorem Iauam positis, & alia incognita regiones. Vltima autem pars est circa Polum Boreum, ac penè incognita, quæ Arcticæ vno nomine dici potest, estque omnium minima, & in quatuor insulas distributa, quæ dispositæ sunt circa ipsum Polum Arcticum, nam sub ipso tradunt scriptores esse rupem nigram summæ altitudinis 33. circiter leucarum ambitu, & circum hanc illas esse insulas, inter quas Oceanus 19. ostijs erumpens, quatuor Euripos facit quibus indefinèter sub Septentrionem fertur, atque ibi in viscera terræ absorbetur. Ex his Euripis vnus, quem facit Oceanus Schyticus, quinque habet ostia, nec vnquam propter celerem fluxû, sui que angustiam congelatur. alter verò est Euripus è regione insule Groenlandiæ, qui tribus ingreditur ostijs, & quotannis ad tres circiter menses congelatus manet: latitudo eius est 37. leucarum. Inter hos autem duos Euripos iacet insula supra Lappiam & Biarmiam, quam Pygmæi inhabitant, quatuor ad summum pedes longi. Refert autem Anglus quidam Oxoniensis, hos quatuor Euripos tanto impetu ad interiorem voraginem rapi, vt naues eos semel ingressæ nullo vento retroagi possint, neque ibi vnquam tantum esse ventum, vt molam frumentariam circumuoluere sufficiat, quæ etiã Giraldus Cambrensis in suo de mirabilibus Hiberniæ libello affirmat. Atque hæc de vniuerso in genere dicta sufficiant. Benignus lector, si quæ vel nostra obliuione vel typographorum præcipitantia & incuria mendæ irrepperint, pro virilie mendabit, quia relegendi atque emaculandi tempus & occasio hac vice prærepta nobis fuere. Vale ac fruere.

P R A E F A T I O N I S F I N I S .



PLAGAE

igius dam-
quis credi-
omplectū-
runt nouo
Zonæ tor-
e, cum ibi
nimò sub
ibi magna
ferè colo-
nhabitabi-
mota à So-
tiam ab i-
situs potis-
plurimum
: an arida,
erantur vé-
ia, quia de-
imum dif-
e: in Asia
tigatur. Cæ-
sunt Anti-
rum Sphæ-
cem habet,
, æqualiter
li maximi,
sub eodem
habitant.
vt vniuersi
s nostri v-
s diuiserūt,
runt partē,
quis profus
æquari po-
in Veterem
orbem, quæ
linio, Me-
à naucleris
forma vni-
idere possu-
artes) quar-
æque Sanu-
prouinciæ:
bega, Virgi-
s, quam vno
a) peninsula
, Tifnadam,

Cariba-

PLAGAE EURO- PAEAE COMMENDATIO.



Orbem quid pedibus legitis, tabulisq; librisq;
Orbis in *EVROPÆ* est, cætera terra nihil.
Seruit mancipijs *Asia*, & victa *Africa* monstris,
Horror in *America* est, semiferumq; domus.
At *Europa* Ioui dilectaq;, raptaq;, visa est
Pulchra parens hominum delitiosa locis.

Quattuor à sinibus regna exorientia magnis,
At *Anai* ad *Gades*, ad tua *Phryxæ* vada;
Atlas ad *Locros*, ad regna *Lacinia* spectat,
Expers *Epiri* fulminis inde iugum;
Ad mare *Leandri*, post ad *Maotida*: quicquid
Intra est, *EVROPÆ* Iupiter antè dedit.
Europam tu sola facis *Germania* nobis
Natio bellatrix, & pia, docta, potens.
Hispanus Martem; *Neptunum* *Oenotria*, *Ianum*,
Atque *Iouem*; *Musas* *Gallia* compta; tenent,
Anglia *Mercurium*; *Iunonem* *Græcia*; *Faunos*,
Panaq; cum *Satyris* *Sarmata* durus; habent.
Hi tibi conficiunt vnam *Germania* dotem,
Cunctis *Pandoram* te faciuntque bonis.
Europam quæris velut alter *Cadmus*? in ære hanc
Dat *Quadus*, & paruo hic en datur ære tibi.
Hic *Pallas*, *Cadmus*, dedit artes, armaq; vterq;
Europæ frater *Cadmus*, at illa parens.

V Vilhelmus Salsmannus D.
& P. Lau.

IN EANDEM SENTENTIAM.



N Europæi situs hic tibi sistitur orbis,
*A*mice Lector, orbis huius incola;
*Q*uam si fortè tibi penitus lustrare vacabit,
*R*eliquas requires neutiquam Mundi plagas.
*N*amq̄, quod in chartis tibi se non offeret istis,
*T*errarum in orbe vix reperias integro,
*N*e tamen ignores; huius Germania membrum
*C*apitale, præcipuumq̄, potior pars erit,
*T*ot rarorum operum inuentrix, tot mater & altrix
*S*cientiarum pariter, ac tot artium;
*H*ec tot doctorum ingenijs sæcunda virorum;
*T*ot Vatum, ego inquam, Rhetorumq̄, insignium:
*V*t videar merito hanc mihi posse Heliconam vocare,
*V*el potius vniuersitatis horreum;
*D*um creperi toties fortunam experta duelli
*C*oronam ab hoste bellicam semper tulit:
*A*c nisi ciuili quateretur turbine Enyus,
*C*aput vniuersi propediem Mundi foret.
*P*LV RIMVS hanc fateor (classẽ ille Gerhardus
*M*ercator, Hondiusq̄, ducunt) hæc lenus
*C*elauit sculptor; verum spaciosius æquo,
*S*ic vt parietes ijs quidem ædium intimos
*E*gregiè quibus lateq̄, ornare potis sit,
*S*ed quæ parum portatiles ad iter sient.
*Q*uando igitur passim, velut ille πολύροπος & errans,
*L*ector peregrinans; εν ΚΑΚΩΣ tibi
*N*oster ἀπειρόχων & Quadianæ gloria gentis
*H*aud respuenda iudice Vtenhouio,
*V*t peregrinanti fastidia longa viarum
*D*iscutiat, ἐχρησίδιο eius exhibet:
*N*empe vt in exigui formam contracta libelli
*V*icem vehicli præstet in via tibi.

μὲν
 ΚΑΡ ΟΛΟC
 ΟΥΘΕΝΩΒΙΟΟ.

EVROPAE

**EVROPAE PRAE-
CONIVM.**



*Rs, Mars, Sors, celebrem, inuictā, ditē atq; potentem
Reddidit Europam, laude, deore bonis.
Non Asia campi patula, nec America magna,
Non dotes tantas Africa terra tenet.
Vasta illa Australis, cum vix sit cognita cuiquam,
Parte vel minima huic equiparanda venit.
Hæc opibus nulli est, nec fertilitate secunda,
Vrbibus, aut Syluis, montibus, aut fluuijs.
Parua quidem spacio, sed nomine maxima, & est re:
Singula sunt alijs, hæc bona cuncta tenet.
Sola igitur felix Europa, quaterq; beata,
Quam bona, tot Diuum nomine, tanta beant.*


Matth. Qu. Chalc.



AE=

tem

alc.



I.

VNI VERSVS ORBIS SEV GLOBVS TERRE NVS IN PLANO.



Tiam si instituti nostri esset, amice Lector, Solius siue Europæ siue cuiusuis alius Terræ partis particularem (necum vniuersalis) descriptionem in manus sumere, vniuersalis tamen Orbis typum præfigere hac de causa semper necesse foret, primum vt ex eo cognoscere spectator posset quo in Mundi loco hæc vel illa Terræ pars sita esset; deinde quàm exigua vel quam spatiosa eius sit quantitas, si cum reliquis Terræ partibus conferatur. Vt enim si vel aram vel columnam fenestram uel, aut aliud quoppiam egregium insignioris cuiusdam vel templi vel ædificij membrum depictum videmus, ex inde etiam ipsum ædificium videre auemus, vt quo in loco situm sit illud membrum videre liceat. voti compotes; etiam vrbis picturam desideramus vt quo in vico aut platea posita sit structura ista, appareat. neque hoc contenti, geographicam quoque regionis descriptionem requirimus, ex ea discere auidi quâ ad magnificam istam urbem inter pateat: accenditur porro animus ad totius seu Germaniæ, seu Italiæ, seu Hungariæ aut cuiusuis amplissimi Regni tabulam, quæ edoceat quibus Ducatibus aut prouincijs cincta sit diocesis illa. auidiores discendi totius Europæ vel Asiæ &c. delineationem poscimus, quo certiores siamus quod nam totius Europæ Germania illa (seu quoduis regnum) membrum sit. tandem vbi totius quoque terrarum Orbis typus nobis ob oculos positus fuerit, penitus edocti simus qua in Mundi plaga quærenda sit Europa, exinde Germania, Mœnus ac Rhenus, Francofurtum, Moguntiacum, Colonia, summa in eis templa. Monasteria, in ijsque hæc vel ista columna, ara, tabula Dureri, aut quæuis alia spectatu digna. denique ad minutissimum quoduis domicilium aut tugurium absconditissimæque res per vastum illum Orbis circuitum iter gradibus huicæ facilimis edoceri possumus. Ipsa autem hæc terræ moles quàm incolimus spherica est, ex duobus constans elementis, aqua nimirum ac terra, totiusque est Vniuersitatis punctus, seu Mundi centrû, quo constituto Deus pro se & quiete grauium massam liquidam & informem creans (quam Chaos vocant) illi eam iniecit, excitatoque vehementi Spiritu eam agitauit, agitando crassiora grauioraque discreuit, quæ centro se ad æquilibrium applicantia, terram & aquam in vnum corpus figuræ Sphericæ dederunt, cuius centrum punctus ille qui sedes est grauium exiit supra hoc corpus vt leuiores & nobiliores quæque ita superiorem locum obtinuerunt, lucidæque materia in globos paulatim collecta, lunam, solem, stellasque reddidit, quæ ratione primi mobilis, supremi inquam cæli super polis æquinoctialis siue Mundi ab ortu in occasum rapiuntur, noctem diemque diidentes, at super alijs polis, eclipticæ videlicet proprio motu ab occasu in ortum, aliq̄ citius aliq̄ tardius circumuoluuntur. Vt autem terra habitationi animalium accommoda fieret, spiritus ille quo placuit Deo vndas in altum attollens, alibi montes & altiorem terræ aream congeffit ac solidauit, alibi cauaturas & sinus effecit, in quos fluxilis aqua descenderet. & quod in æquilibrio penderet tota machina, noitræ continenti quæ Asiam, Africam & Europam comprehendit, alteram quam Americam siue nouam Indiam vocant, ex opposito obiecit, & quia

hæc duæ

TYPVS ORBIS TERRARVM, AD IMITATIONEM VNIVERSALIS GERHARDI MERCATORIS.
 Cuius secundum tam veterum quam recentiorum supputationem 5400. miliaria Germanica ambitus complectitur. quanto id temporis spacio circumagi possit, hinc constabit.



QVIV EI POTEST VIDERI MAGNVM IN REBVS HVMANIS CVI AETERNITAS OMNIS TOTIVSQUE
 MVNDI NOTA SIT MAGNITVDO . CICERO .

hæc duæ continentes pro maxima parte supra æquinoctialem versus polum arcticum
 sunt sitæ, ideo his sub polo antarctico tertiam continentem opposuit, maribus vndi-
 que inter se communicantibus, vt tota terræ marisque machina vndique æquilibris
 esset & consisteret, omnesque partes ex quavis regionum ad nauigabiles redderetur.
 Cùm autem non parum delectet singularum Terræ partium ac particularium regio-
 num quantitates nouisse, operæ pretium visum est fore vniuersi etiam globi quanti-
 tatem demonstrare, idque ex Geometrarum iam firmatis principijs. Verùm cum nõ
 computum nostrum referamus in his ad stylum crassiorum, partim ob numeri quo
 in hac re vtimur commoditatem, partim etiam ob miliarium quibus hodie singulæ
 propemodum vtuntur nationes, inæqualitatem: quæ res mediam quandam mensu-
 ram inter minorem ac maiorem postulat, ita vt cuilibet parti seu gradui cuiusuis
 maioris circuli, quem in cælo imaginamur, tribuamus miliaria Italica quidem 60.
 Germanica autem seu Sueuica 15, assignamus, visum est etiam hinc normam adijcere,
 qua exactiorem Terræ cuiusque partium mensuram assequi quiuis valeat, si prius eius-
 dem globi quantitatem ad medium computum redigerimus: quo autem id facilius
 fiat, mensurarum omnium minima est, digitus grana habet 4. Palmus digitis constat
 4. Pes Palmos continet quatuor, cubitus seu sesquipes palmis colligitur 6, passus sim-
 plex palmos complectitur 10, passus geometricus pedes 5 habet, Stadium Italicum
 passus continet 125, miliarium Italicum stadia habet 8, seu passus 1000, miliarium
 Germanicum commune quibus nos vtimur passus habet 4000, miliarium Sueuicum
 passus habet 5000, si itaque quemuis maiorem cælestem circulum distinguamus in
 partes æquales 360, compertum est geometrarum experientijs cuilibet earum parti-
 um in terra (quam item rotundam ac hisce subiectam accepimus deberi) media nimi-
 rum mensura, miliaria Italica 60, Germanica verò communia 15, Si itaque par-
 tes 360, per 600, multiplicas, proficient miliaria Italica 21600, Sin-
 verò per quindecim, habebis Germanica 5400, ambi-
 tum nimirum Terræ. Atquæ hæc omnium
 nostræ matris quantitas est.






Fricam quam Græci Lybiam vocant, pars terræ habitatæ in Meridie vergens, vna est ex tribus Orbis partibus veteribus cognitis, quæ sanè ex toto ipsis explorata nequaquam fuit, tum quia in mediterraneis ob vastissimas solitudines impermeabilis videbatur, in quibus arena sunt inuolucra, quibus à vento agitatæ gentes periclitantur: tum etiam quia immensæ ac periculosæ fuit navigationis, ac proinde vix à quoquam olim circumnavigata, multò minus perspecta aut propius cognita. His tamen proximè elapsis temporibus pluries à Lusitanis circumnavigata est, ac satis diligenter cognita, præsertim iuxta littus ab Heruleo freto ac fauces fermè Arabici sinus. Primus vero qui promontorium Bonæ Spei prætergressus, Africam à Meridie incognitam præternavigauit, fuit Vasco de Gama anno 1497. qui hinc ad Calecutium Indiæ peruenit, & viam ad Orientales Indias aperuit, non sine immenso Lusitanorum quæstu. Est autem forma Africæ ad Peninsulæ instar, quæ isthmo, qui est inter mare Mediterraneum & mare Rubrum (quod & Arabicum vocant) Asiæ coniungitur, ac duplo fermè Europam excedit, tametsi habitatorum illius vix partem habeat mediam, & licet longè capacius habeat solum quàm Europa, nihilominus non tam frequentis ac commodè habitationis est vt illa: nam huius tellus inhabitabilis pluribus in locis est, cuius rei causæ potissimum sunt, aquarum inopia, solum plerisque in locis incultum, & aut sterilibus arenis, & inani puluere seu cinere obductum, aut Solis ardoribus obnoxium: deinde moles arenarum periculosæ, quæ dum ventis agitantur, perinde atque in pelago procellæ fluctuant. denique venefici generis animalium & bestiarum tantus prouentus, vt alicubi agrè, alicubi nullo pacto ager, tametsi fertilis, coli aut habitari queat. vnde vniuersa hæc regio magis vasta est quàm frequens: sed vbi colitur, eximie fertilis est, ac frequentior est illi cultus, præsertim Boralior pars quæ Europam spectat, vbi olim inhabitata prorsus fuit. hic quoque vniuersa ora maritima inter Promontorium Bonæ Spei & Nigrum caput multas continet planities, colles, valles, ac frugifera loca & amæna, vnde isthic perpetuum Ver apparet, & alibi etiam satis fertilis est. Aequinoctialis circulus mediam penè Africam fecat, quæ non tantum vtrumque Tropicum attingit, sed & vltra eos gradibus penè decem expanditur. Habet Africa montes plurimos & maximos, inter quos Atlas principem tenet locum, qui immanibus & supra quàm credi potest altis iugis è media arenarum vastitate confurgens extollitur, vt pote supra nubes: suum autem ab Occasu exortum habet, vbi & Atlantico Oceano nomen imponit inde perpetuo dorso variè flexus extendit sese Orientem versus ad confinia Aegypti loca, est autem rotundus, arduus, incisis vndique rupibus præceps ac inuius frigidissimus, sterilis, opacus, omnique ex parte nemorosus, scatebris fontium irriguus, verticem nubibus semper tectum habens, squallidus item qua parte Oceanum spectat: qua vero Africam minorem prospicit opimus est nascentibus sponte frugibus, arboribus opacissimis, quæ vestiantur lanugine fericis velleribus nihilo vilior. Montis huius vertex altis etiam Aestate niuib. operitur. quin etiam & eius dorsum in crudecente Borea nonnunquam alta niue arbores superante tegitur. Præterea fontes qui isthic reperiuntur summo Aestu frigidissimi sunt, adeo vt si quis manum in eis aliquamdiu immensam teneret, eam facile exanimaret. Præter Atlantem montes celebres sunt illi qui à Portugallensibus dicuntur Pici fongosi, in Meridionali parte. namque ob eorum altitudinem & asperitatem inaccessibiles ferè sunt, qui etiam nudi, deserti, atq; omni bono carentes sunt.

Præterea

AFRICA est in magnitudine secunda post orbem, dicitur ab a primativa, dicitur ab a primativa, et
Solus color est, abale rectis per se quoniam per se, verumtamen esse videtur, tempus autem ab
posteriori, abale de Cetero, qui exercitum adhibuit, abale dicitur, et in dicitur, et in dicitur, et in dicitur,
manuum et munitum, et amur ad dicitur habent, Numquam ab dicitur dicitur, et in dicitur, et in dicitur,
gnom, et sicut dicitur, dicitur, et in dicitur,
trime enim, dicitur, ab dicitur, et in dicitur,
truncata ut dicitur, ab dicitur, et in dicitur,
sed perperam, cum hanc illa in, et in dicitur,
sicut de terra pueri est, dicitur, et in dicitur.



John Ruffinacher
cavit in Anno 1608

Insulae hae Madagascari a nobis
S. Laurentii vocatur. Phasus h. e.
est 21. abale dicitur. Phasus h. e.
est 21. abale dicitur.

Caput hanc sicut graduum quatuor miliaria circiter in Germanica continet.

Præterea mons altissimus efformat promontorium illud quod vulgo Capo de Sierra
leona dicitur, quod ad maximam distantiam visu percipitur, huiusmodi vertex sem-
per nubibus obumbratur, ex quibus sæpe tonitrua ac fulgura emanant: vnde ipsum
Ptolemæo & Hannoni Carthaginensi curram Deorum fuisse vocatum, nonnulli cen-
sent. Montes Lunæ veteribus etiam cogniti sub Tropico Capricorni locantur, asper-
rimi sanè, ac incredibili altitudine, à gentibus feris ac inhospitalibus inhabitati: pro-
pe quos sunt valles immensæ profunditatis, adeo vt illic centrum terræ esse videa-
tur. Sunt etiam Cantaberes montes in Angolæ regno minæris argenti opulentissimi,
& alij etiam quos pagina non capit. Lacus aliquot immensi isthic sunt, quæ maria
potius esse videntur, quorum præcipuus est. Zembre, inter altissimos montes si-
tus, distans ab Aequatore versus Meridiem gradibus vndecim, cuius ambitus ad
quingenta miliaria minora patet, ex quo quidem ortum ducunt Nilus, Zaire, &
Cuama amnes: atque in eo monstra marina esse nonnulli affirmant. Continet Africa
immensos etiam fluuios, Nilum, Nigrum, Senagam, Gambram, Zaire, Cuamam, &
Spiritus Sancti, qui omnes eiusdem naturæ ferè sunt: namque inundatione
sua terram mirificè irrigant ac fertilem reddunt. horum tamen
omnium (sicut & totius Orbis) Nilus est ma-
ximus & celebratissimus.



ABYSSINOR VM IMPER. 3



TERRA hæc amplissima, quam nostri vulgò Presbyteri Ioannis vocant, sub Aequinoctiali vt plurimum sita est, atque vt ex ijs qui nostro æuo ipsam perlustrarunt, intelligimus, in vniuersum fertilissima est. Nam etsi frumentum parçè mittat, nihilominus hordeum, milium, zaburum, ciceres, fabam, aliaque legumina abundantissimè profert, quorum nonnulla nobis ignota sunt. Saccharum etiam in arundinibus magnam copiam producit, sed coquere illud ac deputare nesciunt. Vites isthic multæ sunt, ac vinum conficere non licet, nisi in Regis aula, atque etiam in domo totius regionis Patriarchæ, quem Abunam appellare solent. Mala medica, citria, & limones ad abundantiam hic sponte proueniunt. melones autem, rapas, & oleas non fert regio: oleum tamen conficitur hic ex fructu quodam Geua incolis vocato. Mellis porro immensa est copia: nam apes in ipsis etiam hominum habitationibus nutriuntur, vnde ceræ tantam conficiunt copiam, quæ toti regioni ad candelas conficiendas sufficit at absque seui vsu. linum habet etiam hæc regio, sed incolæ artem ex ipso telas conficiendi ignorant, atque vt plurimum pannos suos ex gossipio sibi parant, cuius hic magnus est proventus. Habet præterea regio hæc omnis ferè generis animalia & aues, vt sunt boues, pecora, capræ, asini, cameli, equi, deinde elephantes, leones, tygrides, lynces, taxi, & cerui, vrsi tamen, cuniculi, & cardueles isthic non videntur. Hoc autem insigni incommodo regio hæc laborat, quod locustarum innumerabilem incredibilem producat copiam, quæ sua multitudine aërem ipsum obfuscantes, nunc hanc nunc aliam prouinciã vastant: omnem etenim segetem, messem, & arborum folia ac cortices deuorant ac depascuntur. Metalla etiam omnia ac mineralia abundè producit, sed gentes hæc artificia omnia quæ ad mineras expurgandas requiruntur, profus ignorant. Fiunt isthic duæ æstates & duo hyemes, quæ non à frigore, aut caliditate percipiuntur, sed à pluuiarum copia & à serenitate. Duo autem memorabiles amnes per Aethiopiã discurrunt, nempe Abanhi, qui est Astapus Ptol. & Taccasis qui Ptol. est Astaboras, in quem complures alij amnes confluunt. Fons Abanhi est Barcenæ lacus amplissimus sub Aequinoctiali iacens, in quo plures sunt insulæ monachorum monasteria continentes. Hic lacus est Celoe palus Ptolemæi.

Incolæ nigri sunt, viles, ac omnis doctrinarum generis ferè ignari, medicinæ nullum habentes vsum. horum vestitus ex animalium pellibus, & ex pannis præsertim gossipinis constat. domus habent humiles ac viles sub rotunda forma, ex creta & stramine confectas, in quarum inferiore parte tantum habitât, apertis tamen semper ianuis, sed nemo alterius domum ingredi valet. nullis nec mappis nec mensis vtuntur: comedentes autem, sedent humi, vel super tapetis vel super alijs pannis. Sunt inter eos qui vacinas carnes crudas ac recentes comedât. Nullus apud eos est monetæ vsus, sed eius loco aurû purû infectumq; penditur. rerum commutationibus vtuntur, in quibus sal & piper maximo sunt vsui. Venatio & piscatio hic languent, pauci que inter eos sunt artifices. Christi cultum obseruant, sed diuersum à nobis: nam circumciduntur omnes etiam fœminæ, atque etiam in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti post 40. dies ab eorum Natali baptizantur. Iterant Baptisum quotannis, in die Epiphaniæ Domini, omnibus baptizatis eodem momento Sacra Eucharistia ministratur. In templis suis more nostro campanas quidem habent, sed plerumque saxeas. Missam celebrant, sed sacerdotes omnes ac presbyteri matrimonium contrahunt: Monachi verò non, quorum hic ingens est numerus, & infinita monasteria vtriusque sexus. Sed in virorum monasteria, neque mulier neq; animal vllum fœminei sexus intrat. Monachi ieiunium strictissimè obseruant ad 50 dies: alij aqua & pane tantum, alij herbis tantummodo sustentantur: alij verò toto hoc tempore sub aqua manent vsque ad mentum. Hi monachi comam nutriunt sunt etiam Laici, qui barbam abradunt, ac crucem collo suspensam gestant. Presbyteri verò abradunt caput, & barbam nutriunt, crucemque in manibus ad laicorum differentiam ferût Plebei duas, interdum etiam plures absque periculo vxores ducunt: diuortia tamen facere possunt. In summa apud Abyssinos est veneratio D. Thomas cognom. Didymus.

Cæterum hunc Abyssinorum Imperatorum ex antiquissimo stemmate ortum ducere

tradunt,



ABYSSINORVM
SIVE
MAGNI REGIS
DAVIDIS, QVEM
vulgò Presbyterum Joannem
vocant,
IMPERIVM

Coloniz., formulis Joannis
Buffmachersi. Anno 1600.

PRIESTER IOANS
TITEL

David der große König, den
Got lieb hat, ein seul des Glaubts,
geboren aus dem stammen Juda,
ein son David, ein son Saichonans, et
ein der seulen zu Zion, ein son
des stamens Jacob, ein son der
hant Maria, und ein loblicher B-
N. Körper der weiten und hohen
lande in Ethiopia, dem viel kö-
nigreich, Lande, und Gebiete in
der wuesten: der König zu Na,
zu Ceffaca, zu Fatyar, zu Ange-
te, zu Bara, zu Dauleganza, zu
Adea, zu Vangne, zu Geyane, zu
Amara, zu Bagamodri, zu An-
tea, zu Vagne, zu Tigromaben,
zu Sabaim, zu Barnagasso, und
her bis gen Nubia, sampt viel
deru grassen und kleinen Herrschafft

tradunt, hoc est, à Dauide Rege & Propheta, stirpe vnus gentis in tot. ætates propagata. Hic
verò Princeps veteri instituto nullam habet determinatam stationem, vbi continuò reside-
at, sed modò ad hanc modò ad illam & aliam partem proficiscitur, sub tentorijs degendo,
quorum circiter sex millia secum defert: vnde tota eius aula circiter 10. aut 12. miliaria mi-
nora complectitur. Immensam habet auri & argenti copiam: supellectilia innumera, atque
alias diuitias incomparabiles, quas vt plurimum in montium cauernis conseruat. Aiunt ip-
sum non atro colore esse, vt reliqui ferè Aethiopes, sed candido: atque 1000000. hominum
ad bellum instruere, ac insuper quingentos elephantos, & equorum camelorumque ingen-
tem numerum. Non sunt in hoc toto Imperio vrbes aut oppida celebra: maximæ enim ha-
bitationes vltra duo familiarum millia non habent. Sola templa & Regis domus ex lapidi-
bus & calce constant, reliquis creta & stramine ædificijs constructis. In titulo suo Regem se
vocat superioris ac minoris Aethiopiæ, Goæ, Caffares, Fatigar, Angolæ, Barn, Baligua-
zæ, Adeæ, Vanguæ, Goyamæ, vbi Nili fontes, Amariæ, Barnagalli, &c. &
Dominus vsque in Nubiam, quæ in Aegyptum
extenditur.



Barbaria nobilissima totius Africae regio, hodie vocatur totus ille tractus maritimus ab Aegypto ad fretum Gaditanum ab Arabibus occupatum, qui regiones hasce antiquorum complectitur, nempe vtramque Mauritaniam, Tingitanam scilicet, & Caesariensem, Africam propriam, Cyrenaicam, Marmaricam, & Libyam vt opinor exteriorem. Est autem Barbariae longitudo ab Oceano Atlantico ad Aegypti confinia: & latitudo eius à monte Atlante ad Mediterraneum mare. vnde fines eius sunt ab Ortu Meies mons, quod est extremum Atlantis punctum: & ab Alexandria distat trecentis ferè miliaribus: ad Boream habet mare Mediterraneum, & fretum Herculeum: ab Occasu terminatur eodem freto, & transiens Mare Mediterraneum, finitur postremis Atlantis punctis prope oppidum Messa: à Meridie verò habet Atlantem ipsum. Incolae huius partis subfusi sunt coloris, qui Barbari dicuntur à verbo Barbara, quod Arabicè murmurare sonat, eò quod Africanus sermo Arabibus non aliter sonet quam belluarum vox, quae nullo accentu suas edunt vociferationes. sunt tamen aliae praeterea huius nominis etymologiae. Haec porro Africae pars multis seculis habitatore caruit, sicut etiam Numidia. vnde tradunt quidam, harum terrarum incolae à Palestinis ortum ducere, qui ab Aesyrijs fugati huc venerint alij dicunt à Sabaeis Arabiae felicitis populis antequam ab Aesyrijs aut Aethiopibus in fugam redigerentur. alij verò à quibusdam Aethiops incolis descendisse ferunt, qui primo in Graeciam bello à quibusdam illis immoto aufugerunt, & deinde insequentibus hostibus huc appulerunt, sedemque fixerunt, remanentibus in Graecia hostibus. Ferunt hos Barbaros ab initio idololatrias fuisse, vique ad annum 250. ante Mahumetem natum, quo fidem Christi acceperunt regnantibus isthic Appulis, Siculis, & Gothis: sed tunc Arrij dogmatibus adhaerebant. Cù verò hi ab Arabibus victi, & dominio destituti essent, partim in Italiã, partim in Hispaniam aufugerunt, & sic post Mahumetis mortem annis penè 200. tota haec pars Mahumetanam religionem amplexata est. Fuit itaque Barbaria ipsa primùm sub Graecis Imperatoribus, deinde sub Vandalis, postea sub Saracenis & Arabibus, quorum idonea accepit. Nunc autem subiacet partim Turcarum Imperatori, partim verò Scriffo Principi atque etiam nonnullas arces Hispaniae Rex isthic possidet. Regio haec versus Mediterraneum mare ab Herculeo freto ad Aegypti fines montibus occupata est nemerosis, & omnium animalium genere refertissimis, qui etiam fruges & fructus non paucos proferunt, licet frumenti minorem mittat copiam: vnde eius incolae maiori ex parte panem conficiunt hordeaceum. Inter hos montes & Atlantem planities spaciofa distenditur, quibusdam colliculis intermixtis, quae feracissima est omni fructuum genere, fluuijsque plurimis ab Atlante montibus irrigua, qui in Mediterraneum se omnes exonerant. Multa enim habet promontoria, quorum insigniora sunt ad Occasum Atlanticum, quae sunt Caput Non, ad radices Atlantis, quod vndique scopulis ac breuibus percingitur: Caput Baiador, caput Guer, cap. Son, & cap. Cantia, praeter multa alia versus Mediterraneum. Fontes isthic multi sunt, qui riuulos quosdam perspicuos procreant & amoenissimos. praeterea regio ipsa frigoris potius quam calor est particeps, vnde crebro aura isthic niuem adfert. Populi vero hi eosdem habent mores quos Arabes, attamen ciuiliores sunt, magisque honorum cupidi, mobiles, calidi, infideles, iracundi, iactabundi, suspitione pleni, zelotypiae addictissimi. praeterea sunt agiles, & equestri certamine prompti, laboris tamen impatientes. Diuiditur autem Barbaria in quatuor Regna seu partes, quae sunt: regnum Maroc, regnum Fessae, regnum Teleusinum siue Tremisen, & regnum Tunetanum: quibus quintam addit

partem

BARBARIA AFRICANA, ET BILEDVLGERID. Barbariam olim Phoenices incoluere, et alij qui ex Asia et Aegypto eo deuenerunt. postea paruit Romanis, tum Graecis Imperatoribus, deinde Vandalis, Saracenis, Arabibus: nunc partim Turcae sudes, partim proprio Serissia Hispani quoque arces in ea quaedam possident. Marocci regnum frugibus et leguminibus, omni generis abundant, armentis item, pinguibus, oleo, melle, saccharo. Eiusdem regnum potentissimum est, metropolis eius Fes, Mauritiorum caput est, populo frequentissima. in ea templa sunt 700. in quibus magnifica ac splendida 50. summum templum quod vocant Carrauca, ambitum habet sexagimillium. portus amplas aequae altas 30. Tinecanu regnu continet. Africa maiorem et Numidiam antiquam, metropolis Tinecanu, quae initio oppidulum tantum fuit, sed postea creuit ex ruinis Carthagini eius quam ibi extruxerat Dido illa Sidonia in hanc terram profuga, quibusque postea dederunt Romani. hanc Genueses, Veneti, aliique mercatores frequentant.



Libyæ pars, quæ hodie Sarra appellatur, quæ vox idem quod desertum significat.

Johann Baptistæ Schönerer
excudit Coloniae
Anno 1605.


partem Sanutus, nempe Barcæ terram. vnumquodque tamen horum in plures po-
stea distribuitur regiones. Marocci regnum, inter Atlantem & Oceanum iacet, & à
primaria sui vrbe sic appellatur. Regio ipsa in vniuersum abundat frugibus ac legu-
minibus omnis generis, armentis & gregibus, oleo item, melle, saccharo, cera, & lana
caprina, ex qua optimi texuntur panni, sericis valde similes, paratur hic ingens pelli-
um caprarum copia, quæ in multas Europæ partes aueruntur, & à patria sua Maroc-
cini dicuntur. Fessæ regnum ditissimum est ac potentissimum, fluijs permultis ir-
riguum, quorum aliquot nauigabiles quoque sunt. nomen habet à metropoli Fessa
totius Mauritaniæ vrbe primaria, quam Niger Tanusigam Ptolemæi esse putat, lon-
gè tamen deceptus. vrbs est populo frequentissima, ac muris egregiè percincta, cuius
maximam partem montes & colles occupant, nec nisi in eius meditullio planities re-
peritur. ædificia innumera habet mirandæ magnitudinis, & pulchritudinis, ex lateri-
bus depictoque lapide constructa. Telesium regnum olim Mauritania Cæsarea di-
cta fuit, cum à Romanis occuparetur. huius regionis pars maxima inculta iacet, arida
enim est atque aspera, præsertim qua Meridiem respicit. Tunetanum regnum olim
complectitur totum terræ tractum, à Maiori fluuio vsque ad Mefratè regionis amnè,
qui antiquis Africa minor siue Africa propria dictus fuit. est quæ hic terræ tractus satis
fertilis, frugibus pecoribusque aptissimus, arboribus fecundissimus, præsertim ad
Occasum. Incolæ corpore sani sunt, laboris patientes, & qui vt plurimum ad plenam
perueniunt senectutem, nisi morte violenta pereant. huius olim metropolis
fuit celebratissima illa Carthago, ex cuius ruderibus ac reli-
quijs Tunetana vrbs postmodo condita etiam-
num existit.






ASIA per Tanaim fluium, & per lineam à Granduico Oceani
 versus Boream portu ad dicti fluij fontem tractam, ab Euro-
 pa discriminatur, ab Africa verò per Isthmum inter Mare Me-
 diterraneum & Mare rubrum. seu vt quibusdam placet qui A-
 rabiam Africa attribunt, per lineam ab intimo Maris Persici
 recessu ad proximum vsque Mediterranei littus ductam, reli-
 qua latera Oceanus ambit. Veteres Asiam hanc multifariam
 diuiserunt. Hodie verò apertissime in quinque diuiditur partes,
 secundum Magnatum in ea dominantium numerum. Harum
 prima ea est quæ Europæ vicina magno Moscouitarum Princi-
 pi pareat, finiturque glaciali Oceano, fluij Oby, lacu Kytaiæ,
 atque inde rectissima ad mare Caspium ducta linea, vbi videlicet Isthmum facit inter se &
 Pontum Euxinum. Secunda pars quæ magno Tartarorum Chamo subiecta versus Meridiem
 porrigitur ad mare Caspium, fluium Iaxartem, & Imaum montem: versus Eurum & Austrum
 Oceano finitur: versus Zephyrum autem prædicto Moscouitarum regno. Tertiam eius par-
 tem Othomannorum stirps possidet, comprehenditque omnes terras inter Euxinum, Aegæ-
 um. Mare magnum, Aegyptum, Rubri ac Persici Marium portus, Tigrim, & Isthmum inter
 Caspium & Euxinum Mariæ. Quarta pars comprehendit Sophy siue Persarum Regum Impe-
 rium, quod ab Occidente Othomannorum, cum quibus continuum ipsis bellum est, respicit
 imperium: à Septentrione magni Chami terras: ab Ortu Indi fluij viciniam: à Meridie
 verò Oceanum Indicum. Quinta & vltima eius pars est India quam hodie Orientalem vo-
 camus, iisdemque hodie quibus olim sinibus terminatur. hæc autem non vni tantum vt cate-
 ra, sed pluribus subiecta est principibus, quæuis enim huius prouinciarum proprium habet
 dominum: earumque nonnullæ magno Chamo subiectæ sunt ac tributariæ. Sed nec illud ig-
 norari debet, omnes propemodum locos à prædicto portu Arabiæ ad Lampoum vsque pro-
 montorium Oceano adiacentes (vt proximè trigessimum Borealis latitudinis gradum vide-
 re est) ad Portugaliæ Regem spectare, aut saltem tributarias ipsi esse. Inter omnes ad Asiam
 pertinentes insulas (quarum innumerae penè sunt) hæc primarias ponunt: Cyprum, in Mari
 Mediterraneo: in Oceano autem Indico, in quo etiam patrum nostrorum memoria vtraque
 Iaua reperta est, Taprobanam quam nonnulli Zeilanam insulam esse existimant, Borneo, ce-
 lebris, Palohan, Mindanao, Gilolo, & Moluccas ex quibus hodie varias aromatum species
 deportant. Hæc tamen omnes vincit Iaponica insula, & noua nuper inuenta Guinea, de qua
 hæcenus dubitatum fuit, in eulane an continuum cum Magellanica fuerit: donec Batavorum,
 Anglorum, & Hispanorum per lustrationibus Marinis insulam esse comptum est. vnde etiam
 rectius Magellanica siue Terræ Australi (quam incognitam permulti quoque vocant) vt pote
 cui vicinior est, quam huic Asiæ annumerari conueniret. Hæc Terræ pars propter primas in
 ea monarchias, vt Assyriorum, Persarum, Babyloniorum, & Medorum, non apud prophæ-
 nos tantum auctores, sed sacrorum quoque Bibliorum scriptores præ cæteris celebratissima
 semper fuit. Legimus enim, in hac non modò primos nostros parentes à Deo optimo max.
 conditos, & in peccatum lapsos postea beneficio Saluatoris Christi summo Patri reconcili-
 atos: sed omnes tam veteris quam noui Testamenti historias (vix paucis exceptis) & scri-
 ptas & peractas esse. Asiam hanc Strabo describit libro 11. & 5. proximè sequentibus. Descri-
 bit eandem Ptolemæus lib. 5. & duobus proximè sequentibus: idem facit in duodecim suis
 tabulis, tribuitque ipsi non minus quadraginta prouincijs. Attingit eandem Diodorus Sicu-
 lus initio decimi octauæ sui libri. Ex recentioribus nemo particulariter eam descripsit. M.
 Paulus Venetus, Ludouicus Vartomannus, & Ioannes Monteillanus (qui non immerito ve-
 luti fabulosus ab alijs ridetur) ea tantum quæ in itinere animaduertunt & notatu digna æ-
 stimarunt, conscribere. De hac etiam consulas Iacobi Nauarchæ Iesuitarum ordinis episto-
 lam. Ortelius eandem quoque in magna quadam tabula nuper designauit & conscripsit.





IN hoc omnes penè consentiunt scriptores, Indiam totius terrarum orbis nobilissimam esse prouinciam: nec sub vno nomine maiorem comprehendi terram. nomen autem suum ab Indo fluuio trahit. quod ad eius magnitudinem, ea secundum Strabonem ac Plinium, ab Occidente, Indo fluuio: à Septentrione Tauro monte: ab Oriente, Oceano: à Meridie, Indico, Mari clauditur. Ganges fluuius qui mediam interluit, in duas eam partes diuidit, quarum vna versus Occidentem, India intra Gangem: altera verò Orientalior, India extra Gangem appellatur. In sacris Biblijs, Dominico Nigro teste, legimus, Occidentalem Indię partem, Euilat: Orientalem verò Seriam appellari. M. Paulus Venetus tamen in tres eam partes diuidere videtur, in maiorem scilicet, minorem, & mediam, quam Abastam quoque (eodem teste) vocant. Tota hæc India non ob populos tantum suos, & innumeras penè in eadem vrbes, sed ob incredibilem quoque rerum omnium prouentum (solo tamen, si Plinio credimus, metallo ac plumbo excepto) ab omnibus felicissima predicatur. Fluuios non tantum multos sed ingentes etiam habet, qui inundationibus suis terram adeo reddunt fecundam, vt nihil excogitari possit quod propinqui solis virtus non producat, imò ingenti cum scenere. Omnes totius Orbis regiones gemmarum atque aromatum prouentu longè superat, vnde magno lucro huic in reliquis Mundi partes deportantur. Plurimas ad se pertinentes insulas habet, passim in Oceano suo dispersas, tanto ambitu vt quasi integer Insularum Mundus esse videantur. Huc etiam spectare videtur insula Iaponica, quam M. Paulus Venetus Zipangrem vocat, de qua, vt nuper primum inuenta & nostris hæcenus ignota, in medium pauca hæc afferre consultum est: Magna est ac spatiosa insula, eiusdem cum Italia Poli eleuationis. Incolæ eius supra quam credi possit addicti sunt Religioni, liberalibus artibus, ac Philosophiæ: veritatis quoque indagatores astutissimi. Nihil apud eos precatone frequentius, quam nostro more in tempus vt plurimum exercent. Vnum tantum agnoscunt Principem, cuius mandatis obtemperant. Hic tamen vnum habet superiorem, quem sua lingua Voo appellant, penes hunc enim plena est potestas in causis tam Politicis quam Ecclesiasticis dijudicandis. Hic quidem Pontifici Romano, ille Imperatori Germanorum comparari posset. Huic namque vulgus etiam animarum suarum salutem credit. Vnicum saltem adorant Deum, qui triceps tamen pingitur, cuius tamen causam nullam proferre queunt. Infantes eorum baptizantur. Corpora sua non simulanter, sed veris doloribus castigant, quibus certam poenitentiam demonstrare volunt. Christianorum quoque ritu signo sanctæ Crucis se muniunt aduersus demonum insidias: ita vt Christianos in Religione ac vitæ consuetudine imitari videantur. Quamuis magnum insumere laborem cogantur Iesuitæ, vt eos penitus ad fidem Catholicam adducant. Haud procul inde sitæ sunt Moluccarum insulæ, quæ per aromatum suorum abundantiam, & aunculam Manucodiata (nostris vulgo Paradisiacam auem vocant) vbiq; terrarum iam innouere. Sumatra etiam insula, quæ secundum quosdam Taprobana olim dicebatur, nec veteribus incognita fuit. Aliæ præterea, vt pote Maior minorque Iaua, Borneo, Timor, &c. quæ omnes præsentis tabellæ insertæ sunt. Hæc Indias ex veteribus magnopere commendauerunt Diodorus Siculus, Herodotus, Plinius, Strabo, Q. Curtius, & Arrianus in vita Alexandri Magni. Extat præterea epistola quædam Alexandri Magni ad Aristotelem de rebus Indicis. Ex recentioribus descripserunt eas Ludouicus Vartomannus, Maximilianus Transsylvanius, Ioannes Barrius in suis super Asia Decadibus. Cosmas etiam Indopleutes, qui à Petro Gilio allegatur. Consule etiam Iesuitarum epistolas, ex quibus multa de statu Iaponicæ insule scitu necessaria cognosces. Ioannes quoque Mater Iurisconsultus tres historiæ Indicæ libros conscripsit. Similiter & Castaguedo quidam natione Hispanus rerum Indicarum librum vernacula lingua conscriptum edidit.







Vemadmodum olim Persarum Imperium celebre admodum fuit, sic & hodie non
 infime dignitatis est, multas easque magnas sub se continens prouincias. Totum e-
 nim istum Asiæ tractum inter Tigrum fluium, Mare Persicum, Oceanum Indicum
 (quem nonnulli à veteribus Mare rubrum appellatum nonnulli putant) Indum &
 Iaxarten fluios (quem posteriorem Chesel hodie nuncupât) & inter Caspium Ma-
 re, hodie Persarum Imperatores subiectum sibi habent. Eundem hunc terræ tractum Plinius lib. 6.
 cap. 27. secundum Agrippæ sententiam, Medis, Parthis, ac Persis tribuit. Ammianus verò Marcelli-
 nus (qui tempore Iuliani apostatæ vixit) soli Persarum regno ascribit. Decimo tertio enim libro
 prouincias eius omnes ordine recenset, hæc ponens, Assyriam, Sufianam, Mediam, Persiam, ma-
 gnam Carmaniam, Hircaniam, Margianam, Bactrianos, Sogdianos, Sacos, Schytiam trans Imaum,
 Sericam, Ariam, Paropamisadat, Drangianam, Arachosiam, & Gedrosiam. Omnes hæc regiones (quã
 tum ex multis ijsque diuersis scriptoribus, ex peregrinationibus etiam recentiorum percipere da-
 tur) in hunc vsq; diem Persarum imperio subiectæ videntur, licet nomina multũ variauerint. Persi-
 cum hoc regnum alio nomine Sophorum quoq; imperium appellatur, de quorum origine Cælius
 Curio ex Decadibus Ioannis Barrij super Asiam, in Saracenorum suorum historia hæc tradit: Anno
 à natiuitate Christi 1369. Princeps quidam inter Persas erat nomine Sophi, is oppidum Ardenlim
 tenebat, prætendens se ex stirpe Alidis oriundum generi Muamedis, atq; educatum ab eiu: nepote
 quem Musam Cazinum vocant, post mortem verò Calyphæ Babylonij, & aduersarios suos (quorũ
 tutelam Turci susceperant) per Tartaros oppressos, suam de Religione sententiam liberius profer-
 re ac declarare cœpit. Cum autem Hocemus Alidis filius, cuius se nepotem Sophi iactat, duodecim
 haberet filios: Sophi verò suis sectatoribus, quo ab alijs dignoscerentur, peculiare quoddam Sym-
 bolum assignare velle: instituit vt omnes sui asseclæ sub fascijs, quibus capita sua vinciunt & Tu-
 libantes vocant, purpureum gestarent piliolum, duodecim insignitum apicibus extra Tulibantem
 in medio prominentibus. Hoc defuncto, filius eius Guines succedit, talemque se gerit, vt per totum
 Orientem doctissimi ac Sanctissimi viri sibi æstimationem conciliaret, ita vt Tamerlanes quoque
 potentissimas Parthorum Rex qui & Baiazetem Turcarum imperatorem captiuum duxit, hunc ve-
 luti magnæ integritatis ac sanctimonie virum inuisere gestiuerit: & idem Guines 30000. captiuos,
 quos secum duxerat, ab eo dono impetrarit, quos postmodo in sua religione instructos filio Secai-
 dar tradidit, qui eorũ opera in bellis vteretur. Post mortem enim Guines, hic eorum virtuti confi-
 dens, Georgianos ex Schytia oriundos & Christi doctrinam amplexos bello inuasit, magnis cladi-
 bus affecit, atque ij Persis tum vicini erant. Atque hæc de Sophy origine. Continua cum Turcis bel-
 la gerunt, propter Religionem Mahumeticam, siquidem Sophyci diuersum quendam Alcorani si-
 ue doctrinæ Mahumetanæ interpretem & declaratorem habent, à Turcarum sententia & expositio-
 ne planè alienum: ita vt hi ab illis, & vicissim illis ab his hæreseos & impietatis damnentur. Natu-
 ra liberales, mites, ac modesti sunt verecundiæ dediti, disciplinarum ac liberalium artium aman-
 tes. Nobilitatemque suo honore afficientes: in hoc à Turcis planè alieni, quod hi nullum nec san-
 guinis nec stemmatis habeant discrimen. De harum prouinciarum conditione ac natura, incola-
 rum item moribus, consule Aloisium Ioannis Venetum, Iosaphat Barbarum, Ambrosium Cantare-
 num, Ioannem Mariam Angiolellum, & descriptionem itineris anonymi cuiusdam mercatoris li-
 bello huius subiectam. Consulas quoque Iesuitarum Epistolas, & commentaria rerum in Persia
 gestarum, per Caterinum Zenum Venetijs impressa. Mediæ regnum Polybius libro quinto elegan-
 tissimè ad doctissimè describit.

PERSIÆ REGNUM SIVE SOPHORV IMPERIUM



NATOLIA, SIVE ASIA MINOR. 8

REGIO hæc totius Asiæ veluti ingens est promontorium in Mare Mediterraneum ex Oriente in Occidentem versus Thraciam & Græciam proiectum. Asia minor appellatur ad discretionem Asiæ vniuersalis. ipitio tamen solius Asiæ appellationem habuit, ac prima est terra ad quam ex Europa traicientes appellunt. Hodie Natoliæ ipsi nomen familiare est, & à Boreali parte ponto clauditur Euxino; ab Occidentali, Hellesponto, Propontide, Aegeo, & Icario Maribus; à Meridionali, Mari Magno, quod in angulo isto versus Orientem, vbi in Meridiem Hierosolymitanam urbem perentibus diuertendum est, sinum Isicum efficit. Tam est capax vt pulcherrimarum prouinciaram non paucas comprehendat, veluti Bithyniam, Pontum, Phrygiam, Mysiam, Lydiam, Ioniam, Cariam, & in capite Libonotum Peninsulam haud exiguam Doridem, inde Lyciam, Pamphiliam, Pisidiam, Galatiam, Paphlagoniam, Cappadociam, Lycaoniam, Ciliciam, & Armeniam minorem quæ à maiori in Orientem sita per Euphratem diuiditur, totius Asiæ fluiuium maximum, qui maiorem quoque Asiam à minori discernit Bithynia è regione Constantinopoleos sita, multas olim celebratissimas habuit vrbes, Niceam, Chalcedonem, Heracleam, Prusam quam hodie Bursam & Byrsam vocant, ac Turcici Imperatoris in Asia sedes est, Nicomedia, & Apamia. Famosissima harum omnium est Nicea, ob Conciliū Anno Christi 324. per Constantinum Imp. ibidem celebratum: conuenerant ibi 318 Episcopi, qui vnanimiter Arrianum dogma condemnarunt. magna olim & egregia fuit vrbs, quatuor completens stadia, vt quadrangula, ita quatuor saltem portas habens. In Chalcedone simile fuit 530. Episcoporum Concilium. Byrsa, quæ trium quatuorue dierum itinere à Constantinopoli distat, Turcicorum Imperatorum sepulchris decorata est: vrbs est perpulchra, vbi circum Templum sacella aliquot stant, in quibus magnifica dictorum Imperatorum conspiciuntur sepulchra, quibus singulis aureum impositum est candelabrum cum lumine continuo: superius verò lampadum ardentium numerosus circulus: eorumque Religionis duodecim constituti sunt sacrifici, quos à viridibus pileis quibus teguntur Talets menlari sua lingua vocant: hi continuis precibus noctu dieque vacant, & terni per vices, suas seruant horas. Phrygia per Troianæ vrbs vastationem immortale sibi nomen comparauit. post quam illusterrimorum heroum haud pauci qui in ea supermanserant, in diuersas Europæ partes dispersi, nouas vbiq; gentes produxere. In Ionia Ephesus sita est, quæ regni Dauidis anno 33. ab Androcho Cordri Regis filio condita est. in hac Amazones magnificentissimum istud Dianæ templum extruxerunt, de quo in Actis Apostolorum legimus, ideoque & inter septem Mundi miracula numeratum est. loco stetit paludinoso, ne à terræ motibus periculum sibi metuendum esset, in medio vrbs situm. in extruendo eo annos ducentos & viginti insumerunt Asiani: longitudo eius pedum erat 425 steterantque in eo columnæ 227. à Regibus eò positæ, magnaque præditum fuit libertate, ac tantus denariorum aceruus eò deportabatur à Regibus, vrbus, ac populis, vt similes diuitiæ nusquam terrarum reperirentur. tandem sub Galieno Imp. ab Erostrato quodam turpi furcifero nominis saltem acquirendi gratia (cùm virtutibus suis id nequiret) incendio absumitur. in hac vrbe & Ioannes Euangelista obiit. Lydia, quæ & Meonia dicitur, inter omnes Natoliæ prouincias feracissima est, abundat enim vite, melle, ac croco, sardin habens metropolim. Fuit in ea & singulare quoddam Regnum, quod Cyrus Perfarum

Rex sibi



Rex sibi subiecit, postquam diuitem illum Cræsum deuicit In eadem hac prouincia
 duodecim vrbes, tempore Tyberij terremotum concidere. Habuit & Myſia vrbes
 quasdam celebres, Scepsin, Adramitium, Appolloniam ad Rhindacum aquam, Traia-
 nopolim, Pergamum, &c. Ad Cariam, quæ ad isthmum eius sita est, Doris peninsu-
 la spectat Halicarnassus vrbs, Herodoti historici patria est, in cuius locum Rhodien-
 ses equites ante annos aliquot propugnaculum aduersus Turcam extruxerunt. in
 huius territorio olim extiterunt: Trœcene, Nisa, Laodicea, Antiochia, ad Meandrum
 fluium. Laodicea à crebris terremotibus plurimum perpeſſa est, sicut & Philadel-
 phia, Sardis, ac Magnesia. In causa est, quod in hisce locis cauernæ quamplurimæ sint
 subterraneæ, quæ hiatibus ac vaporibus repletæ, vbi exitus nullus patet agitantur ac
 commouentur, donec aliquando vi erumpant, tanta importunitate ac violentia, vt
 duorum aut trium miliarium spacio terra contremisecat: siquæ prope urbem aliquam
 eruptio hæc contingat, facile eam concidere compertum est. Si verò prope lacum a-
 liquem accidat, penitus is absorbetur. In hac prouincia ad Petram urbem olim vige-
 bat Rex Mausolus, cui defuncto Artimesia vxor sepulchrum extruxit adeo magnifi-
 cum vt inter septem Mundi miracula numeraretur, cuius etiamnũ reliquiæ aliquot
 in Halicarnasso conspiciuntur. Licia olim sexaginta habuit vrbes, bellis tamen & ter-
 ramotibus interiëre. in hac Chimera conspicitur, mons noctu flammiuomus, quem-
 admodum Aetna in Sicilia. ad medium montis terra est admodum frugifera & pas-
 cuis fecunda: ad pedem verò eius serpentum mira colluuiet. In hac prouincia Tau-
 rus mons initium sumit, qui totam per medium secat Asiam, sicuti Alpes Europam
 & Atlas Africam. Pamphilia tota montosa est, pascuis tamen amœna, nec minus fru-
 gifera. In Cilicia Tarsus est, hodie Terrassa dicta, diui Pauli Patria, tamquæ celebri an-
 te Christi quoque tempora floruit Academia, vt in Philosophia Athenienses &
 Alexandrinos longe superarit. Tandem ex Natolia hac Turcæ sub O-
 thomanno originem sumit traxere, ex quo cæteri Tur-
 carum Imperatores ad modernum vsque
 Mahumeten nati sunt, contigit id an-
 no Christi 1300.





Palaestina, quae olim terra Canaan, hodie crebrius Terra sancta appellatur, comprehendit Idumaeam, Iudaeam, Samariam, ac Galilaeam, quamuis saepius Iudaea vocabulo integram Palaestinam significamus. Termini eius hi sunt: versus Ortum Libanus mons; versus Occasum Mare Phoenicium: Septentrionem ipsa Phoenicia: Meridiem vero, Arabia Petraea. Idumaeorum terra a Sirbo lacu Occidentem versus protenditur. vrbes eorum sunt, Maresa, Rhinocorura, interius autem Raphea, Gaza, quae tamen a nonnullis Iudaeae attribuitur, Anthedon, Alcalon, & Afolus. Iudaea versus Occidentem & Meridiem Idumaeae adhaeret, quamuis nullos inter se certos habeant constitutos fines, & a Mediterraneo mari, quod ipsis Occiduum est, ad mare Mortuum (quem & Asphaltidem lacum vocant) & ulterius, ultra videlicet Iordanem, protenditur. Multas habet Iudaea vrbes, quarum quae versus Orientem iacent Hierosolyma celeberrima est, maximè propter insigne in ea templum, quod & totum orbem praestantia sua repleuit. illud a Dauide Rege intra septennium 150000. operariorum auxilio extruxit. Hinc Ioppe oppidum, hodie Iaffa vocatum, & Turris Stratonis, quem Herodes Tetrarcha restaurauit, & in honorem Augusti Caesarem eam appellauit. Interius haud procul ab Hierosolyma sitae sunt Bethlehem, Hebron, & Cyprus. Ultra Iordanem autem Macherus, Sodoma, & Gomorraha iacent. Iudaeam sequitur Samaria, inter Mediterraneum & Tyberiadis maria sita. vrbes eius sunt Sichem siue Sichima, postmodum Neapolis appellata. Capernaum ad littus maris Genesareth situm: Bethsaida ad Iordanem. Sequuntur haec Chorazin & Magdalum. Galilaea versus ortum terminatur Syria Caua: versus Occasum Phoenicia: versus Septentrionem Libano & Antilibano montibus circumdatur, vel è regione Libani terminatur: versus Meridiem autem Samaria finitur. Vrbes eius haec sunt: Naim, Cana, Nazareth, Gadara, Galilaea quae gentilis cognominatur, & sita est ad latus eius Tyriorum partis, quae in diuisione terrae attributa fuit stirpi Nephtholim. Altera Galilaea sita est in territorio tribus Zabulon, è regione marium Tyberiadis ac Genesareth. Iordanis fluius in Antilibano oritur duobus diuersis fontibus, altero Ior nomine, & altero Dan, mediamque perfluit Iudaeam. Sicuti verò vtrumque nomen coniunctum vnum efficit: sic & vterque fluius confluentes vnum efficiunt fluium. hic duos lacus efficit, Genesareth ac Tyberiadis: tandem in mare Mortuum siue Asphaltidem lacum influit, qui picem euomit, nihilque in se submergi patitur, & propter aquarum suarum immobilitatem, Mortui maris sibi nomen assequitur. atque adeo in putidam hanc, sordidam, atque abominabilem aquam Iordanis fluius limpidus, salubris, atque adeo sanctus sese immergit ab eoque absorbetur. Mediocri itinere ab Hierosolyma distat terra quaedam igni Coelesti penitus absunta: omnes namque agri ibidem summa altitudine cineribus repleti etiamnum conspiciuntur. poma verò ibi prouenientia licet aspectu pulcherrima & esui dulcissima appareant; intus tamen nigrae putredinis ac foetoris plena sunt, ac nullius vsui. Interius Iudaeam Essaeorum multi degunt, qui non secundum reliquorum hominum, sed proprium ac peculiarem sibi morem viuunt: a mulieribus, vino, & carnibus abstinent, ieiunias sibi quotidianas ac propemodum familiares reddunt, nullum pecuniae vsuum habent, mortemque oppetere malunt quam à religionis suae ritibus vel vngue latum discedere. Et quamuis nulli apud eos procreentur liberi, nunquam tamen numero pauciores fiunt, sed quotidie hominum affluxu demortui restituantur. Honoratissimam hanc terram praeter sacra Biblia descripserunt etiam Iosephus l. 3. bel. Iud. c. 3. & frater Brochardus monachus satis prolixè. Itemque Vadianus in compendio trium Orbis partium admodum artificiosè. Iacobus etiã Zieglerus, & VVolfgangus VVeissenburgius. Postellus quoque in suo de vniuersitate libello, sicut & in Syriae suae libro. Alij praeterea plurimi qui eam perlustrarunt, vt Petrus Bellonius in obseruationibus suis. Andreas Theuetus in Geographia sua terrarum Orientalium. Iodocus Ghistelenis. Bartholomaeus Salignacus. omnium verò pulcherrimè Arias Montanus in apparatu suo Biblico, libello quodam peculiari quem Chaleb inscripsit. Georgius Agricola in peregrinationibus diuinae virginis maris. Metropolitum huius terrae (quin imò totius Mundi) accuratissimè descripsere Iosephus l. 6. c. 6. de bello Iudaico. nuper verò Adamus Reischer septem integris libris. Henricus tamen Buntingus omnes longè superasse videtur.

SEPTENTRIO

Hierusalem urbs clarissima, Iudææ metropolis, ac totius Orbis terrarum primaria, possessio patriarcharum, Prophetarum, et Apostolorum mater, initiator fidei, et gloria populi Christiani, quæ Aelia Capitolina Ptolemæo tempore vocabatur, et hodie à Barbaris incelsis Cor. seu Goltz, aut Chus dicitur. Sita autem est edita in loco, hoc est, in montibus, ut viderique ad eam perperas ascendendum sit. Postremis hæc temporibus, toto Orbe celebris est per Sepulchrum sacrum, cuius templum comprehendit totum Calvarie locum, quod sublimis est et rotundum, ac in alto apertum inde lucem recipit: ac sepulchrum ipsum concubum est sacellum quoddam, cuius custodia Latini, Kônachis demandata. Dedit autem quicunque Sepulchri ingredi vult, nomm perfoluere aureas: unde ex hoc Sepulchro Turca quotannis octo milium Ducatorum proventum recipit. Ab hoc autem Sepulchro centum et octo pedum interuallu distat Caluarie lœ, in qua Christus a perfidis Iudæis crucifixus est. Peregrini isthic aduocantes hospitio excipiuntur pro cuiusque quam proficitur Religione, quæ tunc distat.




OCCIDENS

ORIENTES

Leuca	51	10	75	20	48	34
M. German.	40	20	20	20	20	20
Scapha	40	100	220	370	380	400
M. Italico	40	40	60	80	100	120

PALÆSTINA QVAE ET TERRA SANCTA VEL TERRA PROMISIONIS, particularis
 Syriæ provincia tialde insignis est, cum locorū, tum iero rerū gestarū, quas sacri hī cōmemorāt, celebritate. Sub hac adem ceu generali nōne Iudæa, Samaria, et Galilæa cōprehēditur. Dicitur v̄ro fuisse antiquit̄ Canaan, à Canaan filio Cham, cui, sibi ipsam terrā inter filios dicitur. Producit hæc terra omniū deliciarū copiam. cuius Iordanis fluvius ad occidentem mediam irrigat, in quo peregrini etiam sibi abducere solent.

MERIDIES





CYPRVS vna est ex maximis Mediterranei insulis, in Mari Magno sita, & regione Syriae ac Ciliciae, 40. ab Hierosolymis versus Septentrionem miliaribus. in circuitu suo 3420. stadia complectitur, quae efficiunt miliaria Germanica 170. quamuis situs eius non rotundus sit, sed triangulari constet longitudine. Frugifera admodum est, tantaeque capacitatis ut in ea nouem olim Regna constituisse referat Plinius. Smaragdi multi, itemque Adamantes, & Crystalli in hac insula reperiuntur. Aluminis quoque multum ac pretiosi metalli. multumque sacchari, vini, gossypij, & integram sylviam arborum diuini Ioannis panem (ut vocant) proferentium. In hac etiam insula excelsus ille Olympus mons existit, multaeque vrbes egregiae, quarum primaria est Cythera Veneri sacra, vnde & Cythera cognominatur. Praeterea Salamin, & Paphos, in quibus Paulus & Barnabas Euangelium olim praedicarunt, aliaeque plures. A tempore natiuitatis Christi plurimi in Cypro Reges imperarunt, donec in Venetorum quoque potestatem perueniret, qui quotannis septem ex ea Auri vasa (ut hodie vocant) deportarunt. Cogebantur tamen Veneti continuum ac numerosum praesidium in Famagusta vrbe sustentare, non sine trium Auri vasorum sumptibus. Quamuis autem Insula haec 5000. passus a continente Ciliciae distet, caeteruatim tamen cerui ex Cilicia in hanc insulam natate solent, dum (Plinio teste) sequentium singuli capita sua praecedentium clunibus imponunt. Ex hoc etiam commendatur insula haec, quod sine aliarum regionum auxilio ingentes in ea naues extrui possint. praecelsae enim arbores, lignaque propter meram duritiem ad aedificandum aptissima, malisque naualibus valde accommodata. Pix quoque & resina ibidem reperitur, quibus illiniri instrumenta nautica possunt: funes etiam & linteum ad velorum comparationem. Olim metropolis eius Paphos erat, Cypris quoque dicta, a qua postmodo ipsa insula nomen mutuauit: hodie tamen Famagusta est, vrbs turribus ac propugnaculis bene munita, tam a terrestri quam a Marina parte. Octo inde miliaribus Nicosia distat, vbi olim Cypriorum Regum sedes & aula fuit. Et prope Limiso vrbem (quam Sultanus quidam Aegyptius vastauit) in insula hac fluuiolus est, tanta immundorum vermium colluue refertus, ut nemo loca ista inhabitare possit: nisi quod coenobium in vicinia sit, in quo monachi permultas alunt feles, quae (ut Munsterus scribit) rus petentes ingentem harum sordium aceruum moribus trucidant, & ad campanulae signum statuto tempore coenobium repetunt ad Ientaculum siue prandium sumendum. Cyprus quoque bonum & pulchrum producit sal, quod glaciei in modum e terris exciditur & coaceruatur. Duos habet insula haec fluuios celebriores ex Olympo monte scaturientes, Lycus versus Meridiem, & Lampetus versus Septentrionem. Messem Cyprus in Vere suam habet, totaque hyeme pecudes pascua tondent: aestate vero vbi calor inualuit, domi pecudes aluntur, quod pascua ardore solis exusta gramina non producant. Anno Christi 1570. acre inter Venetos & Turcas bellum exarsit huius insulae causa: inuasitque Selimus Turcarum Imperator insulam hanc, vrbemque Nicosiam 9. Septembris die summa vi expugnauit, crudelissime in deuictos sauiens, postquam annos 37. Venetorum imperio subiecta fuit. Anno proxime sequenti, scilicet 1571. Cal. Aug. pulcherrimam Famagustae vrbem deditioe capit; nullam tamen Tyrannus ille Selymus Christianis fidem seruat, sed pium istum militiae Ducem Bragadinum Venetum immani ac diuturna morte necari curauit. Perfidiae tamen suae dignissimas vno saltem anno elapso luit penas, dum Veneti eum fortissime in Mari Aegaeo caedunt, dupliciter damnum sibi nuper illatum compensantes, non sine singuli auxilio & fauore diuino. Salamin praecipuarum vrbiu vna ab Hierosolymis 49. in Septentrionem distat miliaribus, extructa olim a Teucro Salaminis insulae Regis filio, quae non ita procul ab Athenis in Mari sita est. Teucrus enim hic a bello Troiano domum reuersus, Aiakis fratris sui nece necdum vltima, a patre suo (Rege nimirum Telamone) reijcitur. profugus igitur in Cyprum veniens, vrbem hanc a se conditam patriae suae nomine insigniuit. Ad hanc vrbem Paulus & Barnabas relicta Cilicia Cyprum petentes appulerunt. Scribit D. Hieronymus Iudaeos Traiani Caesaris tempore insulam hanc vastasse, & viuos omnes interemisse. Restaurata postmodum, Constantia est appellata. Ex Salamine hac etiam Solon 7. Sapientum vnus prodijt. Nostro g-

CYPRVS INSVLA

*Citina, Cerasim, Aspelia, Cripco
Collina, Amachusia, Paphia, Macaria, et denique
Cyprus haec insula dicta est, quae vox graeca Veneris
significat, quod admodum ibi venerabatur, et in Olym-
po monte eius erat templum, cuius ingressus vltimoque
mulieribus interdicebatur. Mare hoc Pamphilium
quod auae Settelis Sinus dicitur, antiquis periculosis-
simum erat, maxime diebus inter Aegyptum et Ephyraum
danis, sed virtus eius ex sanctis eius quibus, redemptor
nostre crucifixus est, abulam per beatam. Noleman Conlitas
in matre inuicti, terrera et pericula non adulesc aduenit
Ann. 1570. insula haec a Scliois Tur. sup. Veneta ereptae.*

SEPTENTRIO
PAMPHILIUM
MARE



*Insula haec antiquis, diuitijs abundans, et mollis habi-
ta fuit, delicias ac luxa plurimum dedita. Ex regalibus, vrbibus fac-
rant: Paphos noua in Paphia regione, quam Apapenior praefectus
clausis Agamemnonis regis condidit. Paphos vetus, quae in eade re-
gione excubuit, Veneri dicata. Cithera quoque totius insulae nomen dedit,
in qua Venus orta fuit, sed hodie non amplius extat, eiusque in loco est
oppidum Comucha, ex principibus, tota insula, ab gessis, sacchari, et
ang. abundantiam. Amachus Veneri olim sacra, nunc destructa est.
Ceraunia, a Cyro condita perhibetur, cum nouem Reges insulae sub-
iugisset, haec arcem habet, sacris tutam, clementieri etiam coelo q.
quanti alia insulae pari fruiunt. Nicosia regalis, super sedes fuit,
fuit et Archiepiscopalis, posita in planitie, Nicosia. Famagusta
vrbis insularis, tota regni imperat. numerat hodie 850. pag. inter
vrbes abbas destructe, Calales vrbis ibi est, et complectitur circuitu
180000. habitant.*

uo Salamin hæc (quæ postea quoque Constantia appellata fuit) Famagusta nominatur. Paphos vrbs est maritima, in qua insigne Veneri templum extabat. D. etiam Hieronymo teste vrbs hæc crebriori terræ motu penitus diuulsa & labefactata iacuit, ita vt sola rudera præclaræ olim vrbs indicia extiterint. In hac vrbe D. Paulus Elimam magum excicauit, & Sergium præfectum ad fidem conuertit. Nomen traxisse videtur à Papho, filio Pygmalionis egregij istius artificis, qui in insula hac pulcherrimam istam virginis statuam ex ebore formauit. hodie vrbs hæc Baffa appellatur, valde diruta iacens, ruderibusque suis insignis quodam vrbs testimonia relinquens, vt pote murorum ac templorum, & in medio vrbs turrium in monte sitarum, quas Sergij præsidis fedes fuisse conijcitur. Actor. 13. Boterus & isthuc addit: Constantini Imperat. tempore continuis septendecim annis nullæ hic fuere pluuiz, vnde deserta mansit, donec D. Helenæ beneficio in Olympo monte templum ædificaretur, & frusto ligni sanctæ Crucis donaretur: exinde pluuiz redierunt, ac habitari denuo
cepit.




EVropa quatuor terræ partium quamuis minima, reliquis tamen cū hominum frequentia, tum etiam fertilitate, si non superior, certè æqualis, cumque optimis comparanda, utpote populosissima & cultissima. Siue etiam terræ excellentiam metiri placeat, vel ex sua, ad animalium & imprimis hominis vitam sustentandam ac fouendam commoditate, certè modis omnibus principatum tenere videbitur Europa, quippe cum felix prouentu rerum omnium, cum ad vitam sustentandam, tum tutandam contra morbos, herbas ferens medicas omnis generis, fructuum variorum suauiſſimorumque gaudens abundantia, vini frumentique copia, cū & ea quæ deliciariorum quoque iuuant vitam, abundè suppeditat, ut nil eorum quod desiderari possit humanis vlibus, ab alijs petendum sit: nisi quis gemmarum aut aurumatum nil in ea nasci obijciat, neque tamen is negabit compensari rerum earum penuriam, aliarum cū non minus vtilium, tum quibus harum vice rectè uti liceat, copia & abundantia. Aère celoque ut plurimum fruitur temperatissimo ac clementissimo. Verum sit certè magis felix, vel India, vel Africa, prouentu rerum ad deliciariorum vitam desideratarum (quod vix persuasum habeo) non tamen ideo terræ Iſtæ videbuntur huic præferendæ, eò quòd non metienda videtur terrarum excellentia, vtenſilium in eis copia, sed vtentium (propter quos illa creata sunt) frequentia. Est Asia magna, vastaque, habitatores pauci. Africa quamuis paulò minor, Europam tamen in triplo excedit, habitatorum verò huius illa vix habet partem mediam; ita ut verius à terra habeatur. Atque hoc ipsum harum inopiæ argumentum magnum (hoc maximè tempore) quo nullum, vel minima fertilitate præditum, solum incultum maneat: quod Riphæi Alpesque montes perpetuis niuibus albicantes, verumtamen habitati, abundè satistestatum faciunt. Asiæ verò Africæque magnæ & vastæ solitudines, animantium vitæ nulla in parte seruiens, ex Solis ardoribus arenis tectæ, squalentes agri, fordidi que, ut visentibus etiã horrorem incutiant: At hæc Europa, parua quidem, cultissima tamè & populosissima, qua in parte sola etiam totam seu Asiam, seu Africam excedit, nitens, totaque habitata, præterquam in exigua parte, quæ ob frigoris iniuriam vix aut ægrè habitari potest, populos gignens, pugnaces, fortesque agrorum & vrbium cultores: legibus benè constitutas Respublicas tenens. fructuum optimorum feracissima, matalla etiam seu minæralia omnia habens, pecudum mitium ditissima, cum & ferarum non minus vtilium alat copiam, nociuarumque raritatem iactet. Incolæ ingenio semper acri, animoque forti sunt & fuerunt, ut sæpius his animi & corporis dotibus totum imperio suo Mundum subdiderint: & fatale ipsis esse videatur, reliquis terræ partibus imperare: ut ex fortissimè Alexandri Magni rebus gestis apparet, imprimis tamen Romanorū. Atque hodierno etiam tempore videmus, longissimè remotas terras à plerisque nostratibus Regibus & Principibus teneri gubernari. Hanc autem Europam hodie vulgò Imperium Romanum. frequentius autem (quod etiam latius patet) Christianismum vel Christianatum, siue Orbem Christianum vocitare solemus: quamuis (proh dolor) plurimis in locis, Turcarum crudeli vastatione, penitus extirpata sit fides Christiana. Terminos autem huius Europæ, eiusque amplitudinem, quot, quæ & quanta Regna, Ducatus, Comitatus, &c. Complectatur superfluum hinc enarrare ducimus: illa enim typus adiectus ob oculos nobis ponet. hæc autem ex sequentibus tabulis, quæ singulæ membra sunt huius Europæ, apparebunt. Europa tamen vnde hoc nomen acceperit, quisue eius autor extiterit, à nullo mortalium compertum est: nisi quod dicimus ab Eu-



ropa Agenoris Phœnicum Regis filia nomen accepisse Regionem, nec antè, sicut cæteras nomen habuisse. occasio autem nominis hæc erat: Cùm Mercurius iussu patris in Phœniciam transgressus esset, vt armenta illius regionis ad littus compelleret, Iupiter in Taurum conuersus est: qui cùm se iuuenis Agenoris Regis immiscuisset, in amorem sui spaciante in arena virgines consistere coëgit, ac paulatim ad singulas alludens, nouissimè Europam Agenoris filiam, cuius amore percussus auerterat figuram, infidentem sibi tergo per mare in Insulam Cretam detulit, ibique concubitu eius fructus est. de quo prolixius Naso ad finem libr. 2. Metamorphoseos. In quinto autem Factorum hac de re sic loquitur:

*Idibus ora prior stellantia tollere Taurum
Indicat: huic signo fabula nota subest.
Præbuit vt taurus Tyria sua terga puella
Iupiter, & falsa cornua fronte tulit:
Illa iubam dextra, laua retinebat amictum,
Et timor ipse noui causa decoris erat.
Aura sinus implet. flauos mouet aura capillos.
Sidoni sic fueras conspicienda Ioui.
Sæpe puellares subduxit ab aquore plantas,
Et metuit tactum asilientis aquæ.
Sæpe Deus prudens tergum demittit in undas,
Hæc at vt collo fortium illa suo.
Littoribus tactus stabat sine cornibus vllis
Iupiter, inquit Deum de boue versus erat.
Taurus inis Calum: te Sidoni Iupiter implet:
Parsque tuum terra tertia nomen habet.*

Occasio certè fabulæ secundum Mythologos hæc est, quòd Cretæ Rex Iupiter raptam Europam in Sidonio littore, naui cui Tauri nomen erat, in Cretam Regnum suum abduxerit. est enim non minus familiare nauibus quàm domibus sua tribuere nomina, præsertim apud maritimos. Quod ad magnitudinem eius, habet tota hæc pars in longitudine, quæ computatur à maritimis Lusitaniz, vtpotè ab Vlissibona Constantinopolim ad extrema vsque Græciæ, milliaria Germanica circiter sexcenta, ac totidem ferè in latitudine, vbi est latissima, puta ab insula Sicilia in Schrickinniam vsque extrema regionum Septentrionalium.





ermania totius Europæ regio maxima & florentissima. Populos verò qui veterem incolere Germaniam recenset Corn. Tacitus, Indigenas quidem Teutones, Cimbros, Marfos, Gambriuios, Sueuos, Vandalos, Batauos, Caninefates, Mattiacos, Cattos, Vlipios, Tencteros, Bructeros, Chamanos, Agriuarios, Dulgibinos, Chafuarios, Frisios, Chaucos, Cherufcos, Fofos, Semnones, Longobardos, Rendignos, Auiones, Angilos, Varmos, Endoles, Suardones, Nuithones, Narifcos, Hermundurios, Marcomannos, Quados, Marfignos, Gorhinos, Ofos, Burios, Lygios, Arios, Heluecones, Manimos, Elyfios, Naharuales, Gothones, Rugios, Lemonios, Suiones, Peucinos siue Balternas, Fennos ac Venedos. Terra infuper ipsa, teste Solino, hominum ditès, & populis immensis frequens, qui si cum reliquis conferantur regionibus, minimùm fuci, plurimùm antiquè sinceritatis ac fidei; & rusticane, vt dici solet, veritatis obtinent Tacitus inquit: Fœnus agitare, & in vsuras extendere, ignotum, eò quod minimè auari, fraudulentis ac subdolis essent, rerum nuda ac simplici permutatione vtebantur, merces dabant, merces recipiebant, contenti sua sorte, vtpote apud quos plus valebant boni mores, quam alibi bonæ leges. Sermo gentis longè lateque fusus, sua tamen idiomatica habet, gaudet vocibus primigenijs monosyllabis. Porrò Germanorum littoralium, quos vetustas VVigevvonas appellauit, & Insularium lingua mollior, vt Francorum veterum qui Chaucorum pars fuere, Saxonum Frisiorumque ac Danorum. Mediteraneorum seu Herdvvonum, durior, vt Sueuorum, Quadorum, Marcomannorum & Hermundurorum, vti hodie in trãsdanubianis regionibus; Pannonia prima, Norico & Rhætia loquuntur. Ipsam tandem Germaniam Corn. Tacitus in formem terris, inquit esse, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque, ac in vniuersum aut syluis horridam aut paludibus infœcundam. Humidiorem quàm Gallias, ventosiorum quàm Noricum ac Pannoniam aspicit. Frugiferarum arborum & omnis culturæ impatientem, sterilem, pecorum tamen fœcundam, sed plerunque improcerorum; auro atque argento immunem, & propterea vilem despectamque a si omnibus. Hodie regio est adeo amœna, adeo pulcherrimis nitidisque vrbibus, castris ac pagis passim exornata & culta vt non Italia, non Gallia, non Hispania ipsa cedat. Cælum satis clemens habet, agrorum camporumque fertilitatem optandam: sunt colles aprici, sunt nemora opaca, frumentorum abundantia, viniferi montes. Mille hiciam hortorum ac villarum delicia, nulla viridaria pomaria ve, nullæ consitiones, nulla tempe, nulla vineta desiderantur. Solum ipsum hordeo, tritico, siligine, farre, milio, auena ac omni frumentorum, leguminum atque obsoniorum genere ferax, campi vberes, prata læta. Sunt clarissimi amnes, minere falis plurimæ: Thermae salubres, aquas calentes passim producente natura. Non argenti, iam non auri, non margaritarum tandem hic incognitus vsus est. Vniuersa & Gallia, & Hispania, & Italia argentum ex Germano negotiatore omne habuit, priusquam ad Indias nauigatio aperta foret. Metallorum ita omne genus habet, vt nec auro sit priuata quorum iam inuestigatis mineris, hoc infeliciores sunt, quod miseros in terræ viscera iam auri fitis intruserit. Hic nulla non litterarum cognitio, legum ve disciplina, nulla non bonarum artium studia florent. Videat igitur hic Tacitus noster, quàm sæpe bona materia cesset sine artifice. Quid, quod præclarissimorum ingeniorum sit feracissima. quid enim solertius vnquam aut vtilius inueniri potuit typographia; quod inuentum



solertius & aduersus Christiani nominis hostem vtilius instrumento isto bellico quam
 bombardam vulgò vocamus (quamuis non inficio omnium rerum, etiam optimarum,
 magnum esse posse abusum) Nonne & amenum illud (quamuis leue) tympanum mili-
 tare, quem trummulum vocamus: vt innumera alia omittamus. Porro vix est in Eu-
 ropa terra alia quæ maioribus fluminibus irrigetur quàm hæc: è quibus vndecim nu-
 merantur præcipua nauigabilia; horum primum est Danubius, ad cuius ostia Ouidius
 olim exulans, pronunciare de eo non verebatur: Cedere Danubius se tibi Nile negat,
 alterum Rhenus, de quibus suo loco, reliqua Nicer aut Nicrus qui & Neccharus dici-
 tur, Mænus, Amasus, Visurgis, Albis, Sueuus, Viadrus, Vistula, Mosella, quæ pluribus
 concomitata minoribus fluuijs, quorum numerandi locus hic non est, partim in Eu-
 xinum pontum, partim in mare Germanicum exonerantur. Montes verò nominatissimi
 sunt, Ro'bergus, Mons Ifidis, Melibocus, Pinifer, Hæssus, Ostbergus, Senus, Sueuus, Pa-
 uonis, Rheticus, Seuo, Sprulius, Vocetius, Vosagus. Syluæ insunt plurimæ, duæ tamen
 præcipuæ, quarum Hercinia altera, quæ reliquarum ferè omnium mater: altera erit
 Martiana. Porro de gentis Germanicæ fortitudine, ex veterum scriptis abundè appa-
 rebit virtutem ipsius vel in hoste probatam fuisse, ac de Non degeneri Germania à pri-
 sca claritudine carmen elegantissimum reliquit Huttenus Eques. Neque verò minimi
 momenti est Imperij dignitatem (fortuna seu Deo potius plurimum hac in re adiuuã-
 te) virtute ac armis, Othonibus ac Henricis ducibus sibi partam, cum magnum instaret
 periculum ne ad Gallum transferretur, quo in casu non minori prudentia quàm forti-
 tudine opus habebant Germani. Quantas insuper laudes mereatur ordinatio de insti-
 tutis Electoribus res ipsa testatur, hac enim ordinatione durauit imperium sexcentos
 iam continos annos in Germania, minus namque insidiosæ & clanculariæ conspirati-
 ones Papæ cum Italis aut Gallis succedunt, qui à Germanis Imperij celsitudinem aliò
 sæpè numero conati sunt transferre. Et habet plus præsidij Imperator à pluribus Prin-
 cipibus quorum consensu electus est, minusque concertationis oriri potest propter e-
 lectionem, primariorum Principum votis consentientibus, firmior etiam ac
 diuturnior sperari potest, si ad plures Principes relegata sit Imperij
 Maiestas, quàm si in vnus alicuius sanguinis suc-
 cessione hæreret. Atq; hæc generaliter de
 Germaniæ statu.





Eluetia cūm totius non modò Germaniæ sed etiã Europæ regio sit altissima, haud immeritò ab ipsa in singularum Germaniæ regionum enumeratione initium facim⁹; namque tota ferè inter Alpes sita summorum Europæ fluminum, v. eluti Rheni, Padi, Rhodani, &c. fontes complectitur, qui inde tanquam è loco excelso in varias Europæ partes decurrunt. Huius regionis potior pars hodie confœderatorū terra dicitur: continetq̃ue vrbes ac dynastias seu præfecturas Vri, Sv vitz, Vnder vvalden, Tigurum, Lucernā, Zugiā, VVallim, Claronam, Sœlodurū, Bernā, Apezellam, & nonnullas alias quæ omnes liberę sunt nulli parentes principi. Continet præterea valles aliquot, vt sunt Sungouia, Ergouia, Turgouia, Brisgouia, Nuithones seu Vchtlandiam, Auenticensẽ tractum, & Alsatia quoq; partem, Episcopatus complectitur Basilæensem, Constantiensem, Lofannensem & Curientem. Comitatus verò infinitos propemodum Habsburgensem, Kyburgensem, Grienensem, Sargansensem, Badensem, Rheinfeldensem, & complures alios. Baronatū vix est numerus. Habet autem & præter supra memoratas vrbes plures vix illis ignobiliore, Vindonissa olim celebris, nunc viculus tantum est, vulgò Windisch vocatur. forum Tyberij Kaysersstul. Gaunodurum, Zurzacam siue Sausseberg, Vitodurum, Winterdür. Arbor felix ad lacum Acronium, Arben/vulgò Friburgum, Schaffhusium, Sangallum. Gens est, vt Volaterranus ait, animæ prodiga, & reuera bellicosa, breui vtens armatura. Hodie viris iuuenibusq̃ue minimè ignominiosum est, & vaccas mulgere, & reliqua puellaria munia obire, quare mirum videri queat, eandem gentem summæ fortitudinis, ac penè infinitæ seruitutis capacem. Tanta horum virtus ac potentia, vt & principes & Imperatores aliquot, dum eos subiugare niterentur, non solū animas, sed & opes, & sumptus defecerint: quod inuiolata eorum fœdera præstiterunt, cuius authores primi fuere Vri, Sv vitz, Vnder vvalden: qui eiectis præfectis in libertatem sese vindicarunt, anno Christi 1315. ijs deinceps se adiunxere Lucernates: post hos Zugenses, quos secuti sunt Tigurini, ac mox Bernenses, quos paulatim secuti sunt reliqui: postremi ferè ipsis accessere Basileenses, ac Grifones, seu Lepontij, Comensis lacus accolæ. In hac etenim terra ad Mortensem lacum Carolus Burgundiæ dux omnibus amissis copijs lacum tranando vix vnus incolumis euasit, anno 1475. Regio omnis salubri fruitur aëre: montosa est vsque adeo, vt reliqua Europo vniuersa tot ingentia montium cacumina, tot fastigatas, ad nubes vsque rupes, tot ingentes perpetuo niue induratos montes in collium verticibus nusquam exhibeat atque hæc regio. Valles rursum tantæ profunditatis, vt abyssum intueri videare. Ita tamen aspera duraq̃ue hæc tellus, incolarum indefesso labore, industria ac cultura mitescere cœpit, vt nulla parte sterilis sit; quin ad vitam sustentandam producat non solū necessaria, sed & ea quæ luxui ac delicijs inseruiunt. Frumentum abundè profert, quāquam plerisque in locis, nisi gleba exusta fuerit, sementem frustra proieceris, verum huic incommodo agriculturalum labor ac industria occurrit. Vinum multa loca adeo generosum gigni videmus, vt Rhenense longè superet & sapore & virtute. Heluetij præterea armentis abundant, vnde magna ipsis annonæ facilitas accedit, quam augent venatio frequens, aucupium singulare, piscatio ditissima, tot non solū fluminum sed lacuum amplissimorum ac piscosissimorum. Et cūm infinitus ferè fluuiorum ex mō-

tibus



HELVETIA

*Regis hanc montana et excelsa plurimorum
 totius Europae finium mater, nulli subiecta vel
 Regi vel Principi, vixit primariis ducibus tredecim,
 Nouron, Bernam, Lucernam, Uriam, Schwytz, Unter-
 ardam, Zuguram, Glaris, Basiliam, Friburgum, Sois-
 sarum, Sangalliam et Albatum, quibus postea
 se adiunxerunt Rhetoriam, Stogalliam, Decemuram
 et Lepontinam. Pars haec totius provinciae est, in
 Bernaticis, Eorum namque Senatus in Concilio de rebus
 apud Turicum, in principatu tunc fuit, quos cum civitate
 praesit, alij in uno nemine confederati appellatur.*

Scala miliarum Helveticae
 1 2 3 4 5 6 7

tibus Heluetiæ scaturientium sit numerus: eorum ortus cursusque tabulam attentius inspicienti offerentur. Lacuum amplissimorum, nusquam maior numerus quam in hac prouincia, quorum nominatissimus est Bodanicus, quem & Brigantium à Brigantio oppido, & Acronum seu Acronium, item Constantiensem & Venetum appellant, eum Rhenus perlabitur, nec miscens aquam suam, incorruptus inde exit. In Occidente habet lacum Neoburgensem, lacum Lemannum. In Meridie sunt Verbanus lacus. Ganni lacus, Larius lacus, Seuinus lacus, Benacus lacus. Mediterranei autem lacus sunt Lucerianus, Tigurinus, Riuanus ac nonnulli alij. His miraculi causa annumerato etiam lacu Pilati, qui in monte, quem Montem Fractum vocant inter Luceriam ac Syluaniam, vulgò Bnderwalden/penè in summo montis iugo paludinoso solitarioque situs, syluis vndique circumdatur, ne scilicet à quoquam irritetur. Fertur enim summas sæuissimasque tempestates eum causari, si quid data opera iniectum fuerit, quod accolæ experientia sibi notum esse testantur. Locus est visu horrendus, aqua suo alueo inclusa, nec exitum habet, neque flumen in se recipit aliquod, nec niuibus, nec pluuijs augetur: Vento etiam minimè agitur, quin semper sibi similis, nigras suas tuetur vndas, nec fas est peregrinis eum adire locum, ne timere quid iniiciant, vnde vicina periclitetur regio. Montes hic enumerare haud opus erit, cum notiores sint per orbè Rhetij montes, quàm vt quisquam eorum nomina desideret: syluæ sunt innumera; thermis que saluberrimis regio hæc abundat. Mirum autem quantum fera ac syluestris regio postremo hoc seculo excellentium ingeniorum sumferit incrementum: Tigurinus namque fuit Iustus Ammannus pictor ille ac inuentor copiosissimus. Sangallensis est Ioachimus Vadianus Poeta excellens, Mathematicus ac præsertim Geographus exactissimus, quod ipse in Pomponium Melam commentarij, & trium Orbis partium Epitome demonstrat: quin & Theologus sui seculi eximius Bremogartenensis fuit Bullingerus Basileus fuit Ioan. Oporinus typographus doctissimus. Capellensis fuit Iosias Simlerus elegantis homo ingenij ac doctrinæ Mathematicus nobilis ac historicus excellens, Theologiæ in schola Tigurina professor. Bernensis fuit Sulcerus trium linguarum, & artium diuinarum ac humanarum egregie peritus. Tigurinus fuit Ludouicus Lauter, & Ioannes Volphius Philosophiæ pariter ac Theologiæ errudissimi:

Conradus item Gesnerus, Græcus, Philosophus ac Medicus notissimus, alijque innumeri quorum plurimi citra


inuidiam nominari non possent.





Boiohemia si interpreteris Boiorum patriam seu domicilium significat (der Boierheim) nunc corruptius Bohemia: Boij autem Galliae populi fuere, haud procul ab Insubribus dissi iij à Cæsare victi Gallia, excedentes, Italiam transcenderunt, quos Romani finibus eiecerunt. Inde trans Rhenum in Germaniam profecti, Herciniæ Syluæ incinctos incoluerunt campos. Hos Boios è Boiohemo potentissimus Sueuorum populus Marcomanni depulere. Eiectis tandem è Boiohemo etiam Marcomannis, Quadisq; , Sclauini Scythica & Barbara gens intrauerunt. Hodierni igitur Bohemiæ incolæ Sclaui sunt, quorum etiam idiomate vtuntur. Habet hoc Regnum vltra triginta vrbes immediatè Regno subiectas: reliquas autem Principes Regni, Primates, Barones, Comites atque Nobiles sibi vendicant. Praga, Caturgis Ptolomæo, Regni caput est ad Muldauiam amnem sita, hic regia aula, & Archiepiscopatus est, vniuersali olim studio floruit, id hodie Lipsia Misniæ ciuitas obtinet. Ergò vrbs à fluuio præterlabente sic cognominata, in veterum Nariscorum sedibus, loco, arte, ac natura munitissimo sita, vtpote quæ maxima sui parte natiuæ rupi superstructa sit: intra mœnia ambitum continet duorum milliariorum, extra autem mœnia trium, nec procul ab vrbe fons est aquæ acidæ saluberrimæ, quàm eius incolæ bibunt auidissimè: præter hunc autem potum & cereuisiam. Medo autem, qui nusquam lautior, meliorque conficitur, affatim exhauritur. Litomeritium vineta habet. Kutenbergium argenti fodinis diues est. Launum frumenti fructuumque reliquorum prouentu felix est, Glatavensium casei, Rakonicensium verò cereuisia commendatur. Bernum autem ferrifodinis ac sclopetis nobile est. Landshutensium ager gemmifodinis celebratur. Gilouium insuper auri, Rummav argenti, Granpenum stanni, Schonbachium argenti viui, Linstadium plumbi, minæris fecundæ sunt. Pardubitzenses autem gladij & enses magno vbique pretio sunt. Aere, quòd perpetuis Aquilonis flatibus exposita sit regio, fruuntur duriore ac frigidiore, nec tamen insalubri. Regio Hercinia sylua vndique cingitur, Albi ac Muldauia irrigatur. Ager ipse hordei ac tritici ferax, populo, pecore, ac piscibus abundat. Ferarum etiam ingentem habet copiam ob sylvarum frequentiam, quæ vulpium, vrsorum, ceruorum, vrorumque leu bubalorum, quos lomi ipsi sua lingua vocitant, assiduam venationem præbent. De hac autem fera quam lomi ipsi vocant, perhibent, quòd venata vesicam (quam largam infra mandibulam in collo pensilem habet) aqua calidissima, dum canes insequentes fugit, impleat, eosque hac cum potestas datur, inspergat, qua quicquid tractum fuerit, aduritur, non secus ac si feruenti aquæ fuisset immersum, vt & pilos, & cutem absumat. Metallicarum ac mineralium, item aromaticarum rerum pharmaceuticæ inseruientium, ditissima regio est, olei tamen, quem admodum & reliqua Germania, sterilis est. Vino non caret omnino, austerum tamen & paulò acidius gignit. Ditiore autem nobiliori ac delicatiori vtuntur, ex Austria & Hungaria importato. Vicissim ipsi cereuisiam quam coquunt præstantissimam in easdem regiones exportant. Thermis quoque calidis & salubribus non destituitur hoc regnum. Mons Pinifer in eo, à pinuum quos profert, abundantia, sic dictus, & in Nariscorum oras situs, intra spaciū duum fermè millium passuum quatuor inclytos amnes non sine admiratione & naturæ maiestate effundit in quatuor Orbis cardines: idemque mons auri argenti, argenti viui, ferri, Sulphurisque minæris foetus, gemmarum etiam fodinas exhibet. inde dici solet, sæpenumero in monte Pinifero vaccam lapide peti, qui vacca sit pretiosior. Syluis regio hæc tanquam natiuo muro, circumdatur: cuius pars ea quæ inter Occidentem & Septentrionem porrigitur Gabreta sylua Straboni dicitur; portio verò

qua




qua à Meridie ad Danubium vsque pertingit, Luna sylua Ptolomæo vocatur hodie Passauica sylua, der Passauer wald; versus Occidentē qua Morauia contigua est. der Schieb vocatur. Vndique hæc Regio Germanis populis septa est. Terminatur enim ad Septentrionem Silesijs ac Misnensibus, ad Occasum Voitlandia. Norico agro ac Palatinatu superiori, ad Meridiem Aultria seu Pannonia superiori, ad Ortum Morauis ac Silesitarum parte, qui omnes Germani sunt, quamuis ipsa regio non Germanica, sed propria sibi loquatur lingua, hoc tamen cum Germani & præcipuè cum Saxonibus incolis terræ commune est, quod non magni, sed ingentes sint potatores, utpote qui; vbi potum è recenti dolio promptum gustare inceperint, non desistunt, neque diuersorium egrediantur, donec penitus sit euacuatum. Aliàs magnanimi multum sunt, & per omnia ferè leonibus comparandi, sub cuius etiam side enascuntur. præterea & Electoratus dignitate Regnū hoc decoratum est, idque non sine graui, vt creditur, causa: locus enim & natura munitissimus est, communisque Germaniæ libertati quasi innato studio semper addictus. Colligitur autem regio hæc ab Occasu in Ortum, hoc est, in longum habere milliaria Germanica vnum & quadraginta, aut Italica centum sexaginta quatuor; ab Austro autem in Boream milliaria Germanica sex & viginti, aut Italica centum & quatuor.





Vstriae nomen recenti seculo natum esse, refert Lazijs, ante annos nimirum circiter quadringentos, ab Austri venti flatu qui ista in regione frequens est: vel (quod verisimilius est) à similitudine Germanicæ appellationis *Ostrenreiche*, quod nomen Orientali Regnorum suorum limiti Francorum Reges indiderant, sicut & Occidentali *Westrenreiche* / Francorum verò *Ostrenreich* ad Rhenum sita, postmodum Austrasia dicta, id nominis tandem penè amisit: quod tamen mox nouam sibi sedem reperit in Pannonijs, eodem Lazio teste, hic enim lib. 1. cap. 2. Comment. Gen. Aust refert: Qui terræ tractus (loquês de Austrasia ad Rhenum sita in agro Gallico) cum posterius Ludouico Pio, Caroli Magni filio extincto indiuisione, cum Italia & imperio Lothario maiori natu cessisset, noua iam Austria Caroli Magni auspicio in finibus Pannoniæ & Norici excitata, veteri paulatim nomine abolito, Lothari regni appellationem sortitus erat, *Lothrich* aut *Lothringen*. Nostra autem hæc Austria prius Pannonia superior dicta fuit, quæ, cum amplissimi ducatus nomine comprehendatur, olim à multis varijsque cultoribus fuit habitata, quorum primi numerantur Hebræi, hinc Iason cum socijs Argonautis, hos secuti sunt Cimmerici, post hos Agriani, mox Gallogræci, deinceps Romani has sibi sedes vendicarunt, quibus expulsis, eas sibi Hunni occupauerunt: ab his Chumanos & Bosnios descendisse, nostræ ætatis adhuc gentes iuxta Hungaros, coniectura est. Hinc Sarmatæ & Slau depopulati sunt magis Pannonias, quàm quod obtinerent agros Quados etiam Austriam seu Pannoniam, sed præcipuè Valeriam incurfasse, testantur historiæ. Et quia post multas variasque gentes, quæ terram hanc diuersis temporibus incoluere, quas omnes recensere prolixum nimis foret, colluies Barbarorum, deuictis Romanis amœnas montium conualles & loca metallis vinoque fecunda infederunt; hinc fit, vt adhuc hodie, qui Carpathum montem Daciamque incolunt, & qui Pannoniam superiorem, Valeriamque attingunt, Teutonicum omnes sonent, Austriaci autem nostri Francorum & Saxonum soboles Pannoniæ superioris partem, vbi hodie sunt Auftria, Styriæque confinia, sibi concessam armis ab Vngaris vindicarunt, ac summa fide tutantur. Diuiditur autem Austria in superiorem & inferiorem: quarum hæc citra illa cis Danubium sita est. Continet præterea Styriæ ducatum inter Danubium, Muer & Mierz fluuios protensum, cuius incolæ partim Germanico, partim Sclauonico vtuntur Idiomate: strumisque maximè deformes sunt Item ducatum Carinthiæ inter Muer & Dranum fluuium situm. Item Carmiam, in Meridiem magis protensam. Comitatum præterea Tyrolensem inter Occidentem & Meridiem, ac Silientem Dranum fluuium: vsque adeo amplius hic est Archiducatus. Regionis caput est Vienna, Vindebona olim dicta postmodum Fauiana, tandem Fabiana, quod demum in Viennam detortum vocabulum putatur. quamuis à Viena amne seu torrente denominatam urbem quidam credant. Hanc nonnulli Iuliobonam à Ptolomæo vocatam contendunt. Est autem munitissimum hoc Christianorum contra Turcas propugnaculū, vallis, aggeribus, fossisque munitum, ædificijs ita instructum, vt quot domos videas, tot aulas principumque palatia cernere videaris: ac præter nobilissimum Gymnasium, quo à Friderico II. Imperator. ornata est anno 1237. mercatu etiam frequês ac celebris est, agroque gaudet foecundissimo, & vt multa simul dicam; hæc vel opulentissimis Germaniæ Italiæque ciuitatibus par est, ac quam plurimas etiam vincit. Habet & Patauium, Lintziū, Presburgum nobilissimas vrbes, ac complurimas his vix inferiores. Est & pagus Austriæ, cui S. Stephano nomen est, duobus circiter miliaribus distans à Vienna, qui proditur habere sepulchrum Theutanis, vnde nomen seruasse gens dicitur. Styriorum oppidū Greetz ad Muer flu. situm est. Carinthiæ Dragburgum & Lauamunda ad Tranum flu. Aere fru-

uuntur




untur læto & amœno, salubrique ob Euri viciniam quo perflatur. Non desunt tamen qui Styriorum strumas aeris quo viuunt, imputent vltio quamuis aquæ fontibusque ipsorum hoc potius imputandum erit. Regio est qua Austrum spectat montosior: qua ortum, palustris: medio tractu vtcunque plana ac leuiter deuexa. Fluminibus pluribus irrigua, ob idque fœcundior, vini frumenti que feracissima, lignorum etiam copiam habens, amnesque pisculenti sunt. Vini abundè satis præbet Bohemis, Morauis, Silesijs, vicinisque Bauaris. Zinziber producit iuxta Hamburgum ad radicem Cæcij montis. Crocum etiam gignit perfectissimum. Styriæ montana vberima frugum omnis generis sunt, nec magnopere cultura egent. Ac Marchianus quoque campus patens, vulgò *Marchfeld*/croco, vino, frumento, & frugibus mirificè fertilis. Carinthia montibus accumulatur, vallibusque vicissim deprimitur. quæ pabuli frumenti que copiam exhibent. Tyrolensis autem Comitatus vel cum amplissimo regno certat de redituum annuorum, quos ex montibus ære, auro argento que scatenibus haurit abundantia. Sal coquunt Styrij quod in alias prouincias exportatur: ijdemque argenti ac ferri minæras habent ditissimas. Austriæ verò ciuitas Archiepiscopalis Granthermas habet saluberrimas. Syluis hinc inde conspersa est regio, montibusque multis asperatur. Fluminibus permultis etiam perfunditur, & lacus complures habet.



Moravia seu Marauanæ nomen à Marauia flu. qui eam perfluit regionem, deducitur. Multis tamen Marcher potius quàm Merhern dicendi putantur: idque à Marcomannis Sueuorum populis, quorum quidem sententiam haud immeritò amplectimur, ij enim indubiè Morauiam tenuerunt, & postmodum etiam Bohemiam eiectis Boijs inde olim etiam Marcomanniam appellatam fuisse regionem hanc, in Bohemica sua historia testatur Ioannes Dabruuius. Non exiguam etiam Marauanæ Silesiæque patrem Quados tenuisse constat, iuxta Lunam syluam. Marauaniam præterea quæ ad Istrum declinat, putantur coluisse Os, quorum Tacitus meminit. Arrianus in Germanorum historia sua ad hunc modum scribit: Harum gentium extremi sunt Quadi & Marcomanni, post hos Iaziges Sarmatarum gens, hos sequuntur Getæ, eos autem magna Sarmatarum, hoc est, Tartarorum ac Polonorum pars. Sufficiat tamen vel hæc sola ratio quòd antiqua Marcomannorum sedes fuerit, nimirum quòd iuxta Hanam flauium sæpius ab agricolis inter arandum inuenta fuerint numismata veterum Romanorum Imperatorum, inter ceteros autem M. Antonini, quem plurimæ testantur historiæ gentem hanc debellasse. moneta autem erat, ex hoste spoliū, cum hac inscriptione DE MARCOMANNIS. Sunt etiam qui ex vocabuli etymo conijciant, deinceps Marcomannos eam Germaniæ prouinciā occupasse, quæ vulgò die Marck appellatur, seu Marchia Brandenburgeris vltra Albim, versus Oceanum, cultores enim eius die Mercker, hoc est, Marcomanni quasi Marckmänner dicuntur. Creditur etiam Marcomanni à limite nomen sortiri, quem nos Marck vocamus. Non desunt qui ab equis nomen adeptos Marcomannos tradant, sicut Marschalcum equitum præfectum, Marstallerū equorum stabuli magistrum appellamus: siquidem Marea & Merhen nostrate lingua equum & equam significat, vnde Merhenland, interpretantur equarum regionem, probabilior tamen prior est ratio. Regni titulo olim hæc regio decorabatur, cuius Rex vicinis Bohemorum Polonorumque ducibus imperabat: nunc verò multò inferiori fortuna contenta, suis deinceps aliquamdiu ducibus, postmodum Marchionibus paruit, nunc distracta: eius tamen potior pars, ac penè tota Bohemiæ Regibus parit. Reliqua pars alijs Primoribus ac Baronibus subest. Gentis caput ac Marchionis sedes est Brin, Eburum, Olomontium Episcopalis sedes est, Volagradensis prius dicta. Urbibus præter has plurimis, domibus, mœnibus, turribus, & id genus ædificijs clarissimis abundat: cuiusmodi sunt Zvoijma, Radisch, Iglauia, Noua ciuitas, Mons Nicolai, VVeiskirchen Cremser, Coserlitz olim Marchionum sedes, & complures aliæ quarum nomina charta chorographica declarabit. Incolarum lingua est Sclauonica seu Bohemica, & Teutonica, mirum in modum commixta atque confusa. Aer loci mollior, atque ob id corruptioni magis obnoxius dicitur. Prouincia est vt populosa, ita frumenti ferax, pisculenta & nem. orosa. Vinetis quoque abundat maximè vbi in Orientem vergit, quod inde abundè in Silesiam Bohemiamque exportatur. Eius etiam campi præter necessariarum rerum mirificam fertilitatem vbertatemque croci etiam optimi plurimum proferunt. Sudetz montes iuxta Iglam urbem minæris quoque fœci habentur. Regio quàm Bohemia minus montosa, non tamen prorsus plana. Ponit hoc loco Ptolomæus Orcynum nemus Sudettam ac Gabrettam syluas. Flumina habet non pauca, quorum quatuor sunt præcipua Moraua seu Marauaha, amnis piscosissimus, vulgò die Marhe qui regioni nomen dicitur indidisse, seu quod potius crediderim à regione sumpsisse sibi nomen: lambit mœnia Olomuntij, & regiunculam Austriæ Marckfeldensem, Suartzaha Brinnam præterlabitur, & Theyè miscetur. Theya vel Deins, qui nonnullis etiam Thisa vocatur, Zvoijman præterfluit, & limitem Marauanæ ac Austriæ statuit. Iglà, à quo Iglauia vrbs nomen sortita est, dirimit Marauanos à Bohemis, & Morauiam quoque ingreditur: hisce & Hauam flauium iungemus, vt plurimum temporis paruum quidem, vbi verò exundauerit, longè lateque omnes circum agros adeo humectatione sua fœcundantem, vt ab eius loci incolis haud immeritò adipis suæ foueæ nuncupetur. Porro regio hæc à diuo Methodio primum iussu Arnulphi Imperatoris ad fidem Christianam conuersa est, sub Henrico III. Imperat. circa annum Christi 895. postmodum tamen anno 1026. vnà cum Lusatia ac Silesia regno Bohemiæ attributa est. Denique regionis huius termini hi sunt. ad Orientem habet partim Hungariam, partim Austriam; ad Meridiem Austriam tantum: ad Occidentem Bohemiam; ad Septentrionem Silesiam: initium sumit ex parte Occidentis sub gradibus longitudinis.







SILESIA à cognomine sibi amne nomen accepisse tradit Conradus Celtes libro Amorum 2. Eleg. 5.

Hic Odera (à priscis qui nomina Sueuus habebat)

Nascitur, & Cod. an. præcipitur aquis.

Sueuus qui Slesum socium sibi conuocat amnem,

A quo nunc nomen Slesia terra gerit.

Malunt alij ab eiusdem nominis Rege deducere, Athamerus Silesus de Elysijs Sueuorum populis existimat nuncupatos eosque Selignos quoque appellatos tradit, quos cum eo loco habitasse colligere liceat, in Silesiorum eos nomen transiisse verisimile est, facta literarum metathesi ac S præfixa. ij Lygiorum, Sueuorum gentes fuere, quod Tacitus ostendit: numerosa gens, suis distincta nominibus, Arij, Helueconæ, Manimi, Elysijs, Naharuali, hæ omnes Sueuorum gentes post Hermuduros, Marcomannos, Quados & Bohemiam, versus Eurum ad Danubium siti, in ipsa Silesiæ regione amplissima, Pannoniæ finitimi federunt. Teschnensem autem ditionem iuxta Carpathum montem ad Vistulæ flu. caput, Morauiaque contermina Luti Burijs; habitarunt; quo loco Parmecampos Ptolomæus statuit. Margni Sueuorum quoque populi indubiè hunc Silesitarum tractum tenuere propè Nissam urbem, vbi à Ptolomæo Maruinges Curionesque locantur. Quados præterea etiam Silesiæ Morauiaque loca habitasse conijciunt nonnulli, quorum sedes Ptolom. lib. 2. cap. 11. ad Hercyniam Syluam fuisse positas refert, inquiens: sub Hercynio nemore Quadi, supra quos ferri minæra & Luna Sylua: quos tamen Marcomannis Boemique Occidentiores facit, cum Marauani ac Silesitæ iisdem Orientiores sint. vnde circa Voitlandos potius sedes horum antiquas querendas esse verisimilius erit. De Silesitis tamen hæc sunt quæ Beatus Rhenanus refert. Indubium est (inquit) hanc gentem aliunde ex remotiore Aquilonaris Germaniæ parte emeruisse, & Quadorum interiora partim loca tenere. Porro & Io. Cratonis sententiam de patria sua hoc loco recensere nec ingratum erit. De Silesiorum (inquit) appellatione non esse tantopere inquirendum, nec ab Elysijs vsq; eam deducendâ, facile existimare possunt ij qui regionem istam quam nunc tenent, Quados incoluisse ex veterum scriptis perspectum habent. Idem autem Saxonibus & antiquis Germanis Quad, quod Polonica seu Sclauonica lingua Silesium dicimus, significat fuit. n. gens quæ ex varijs locis in ista confluit, belli magis quàm pacis studiosa, plura destruens quàm exedificans, & dominorum impatiens. Primus quidem Rex quem dominum habuit, Boleslaus Polonus fuit. is natus est anno à Christo nato 967. & c. hucusque Crato. Certè Quados adhuc Danubij ripæ prætexi, contra Vindebonam, quam truncato vocabulo Viennam appellamus à vero, non abhorret, tamen nomen oboluerit. Silesitæ olim proprijs suis ducibus paruere; iam verò Bohemiæ regno magna ex parte subsunt. Sermo gentis Germanicus est, quâuis vltra Viadrum flu. Polonicus præualeat. In duos regio comitatus seu ducatus diuiditur: Lignitzensem alterum, præpotentem ac diuitem; Schvveidniczensem alterum, qui Coronæ subest Bohemicæ. Urbium amplissima est VVratislavia ad Oderæ & Olauæ fluuiorum confluentem sita, à VVratislao Bohemo, teste Crantzio in Vandalia sua, condita & ab eodem sic dicta. vnde & in illius honorem vrbs in suis insignibus literam VV gerit, quemadmodum hoc Imper. Carolus V. in suis priuilegijs vrbi datis confirmat. Ptolomæus in his oris Budorgin sitam fuisse exi-

flimat

SILESIAE DVCATVS ACCVRATISSIME DESCRIPTVS à Mart. Heilwig Neiffente.



Silesia antiquiorum Quadorum sedes
 fuit in duos diuisa Ducatus seu Comitatus. Ligu-
 zensem & Silesiensem. Urbum ampliorum
 est Vratislavia, Iedonia Budogis, vulgo Bregia.
 regio est praevalens ac diues, in qua magna
 annonae facultas. vinum tamen modica producta
 eiusque loco praeslantius vulgus fructur cereui-
 sa. Flumis cum rigetur plurimis. Viadru cum
 tanquam principi omnes curruntur.

stimat, ideoque opinantur aliqui ex ruinis illius creuisse VVratislauiam. parua autem huius vrbs initia fuisse anno Christi 965. ex eo euidens est, quod in Australi ripa Oderę tantum tres vel quatuor domus turrıtę, quarum vestigia adhuc supersunt, in quibus haud dubiè Duces Quadorum habitarunt, extiterint. hodie totius regionis est metropolis & Episcopalis, priuatis publicisque ædificijs magnifice ornata; vt typus demõstrat quem aliquando tabulę æneę incidi Franc. Hogenbergio, ad exemplar quod Iacobus Monaius genere ac virtute nobilis, patritius VVratislauiensis, sumptibus suis effigiari & quarto vrbium Theatro inferi curauit. Hanc sequuntur Nissa episcopalis sedes; Glogouia maior, Signitium, Oppelia Sueidnitü & Suibissa à Sueuis forsitan cognominata, ac complures alię. Aer quamuis paulò frigidior, vt cunque tamen mitis clemensque. Regio ipsa ab initio vastę Herciniez Syluz portio fuit; vt tota plana introrsus, ita & montibus collibusque vallata ac circumdata extrorsus, & nemorosa fuit. vinum producit modicum, quamuis austerü, in Crosnensi agro. vulgus cereuisiam potat. Annonę hic magna felicitas ager enim quod crebris torrentibus ac riuulis è Bohemicis montibus profluentibus irrigetur, fertilis admodum est. Thermas habet propè Hirschbergum ad Zackam fluuium. Minæris quoque non destituitur. Fluminibus cum rigetur plurimis, tamen Viadro tanquam principi omnes corriuantur, eiusque fontes in Morauiez conterminis visuntur.





Russiarum nomen à Brueteris deriuatum credunt, voce nonnihil corrupta ac fracta: Brueteri enim ex VVestphalia, à Charmauis & Angrinarijs eiekti, secedentes in Sarmatiam concessere, & ad Balthicum mare: domitis aut expulsi Vlmigeris, confederunt: quod Claudianus hoc versu innuere videtur.


Venit accola sylua

Brueterus Hercinia, latisq; paludibus exit

Cybrus.

In Sarmatiam enim Hercinia propagatur. Verù de Prussia nomine aliter sentit Erasmus Stella, ait enim Borussios populos, quos Ptolomæus ad Ryphæos montes collocat, non longè qua Tanais ex eis erumpit, infelicitate sua concitos (quòd perpetuis niuib; algorib; q; illic terra riget & ad omne naturæ mysterium damnata est) ad nouas sedes capeffendas, patria egressos in hæc loca delapsos esse, terramq; vocabulo gentilitio Prussiam appellasse, qua vsq; hodie vnus literæ suppressione vulgò dicitur. Rei fidem facit quòd etiamnum populi ad Ryphæas habitantes, eodem patriq; sermone quo hi vtantur. Prussij itaq; VVigewonum populi sunt, ad Clylipenum sinum in Sarmatia Europæ, ac inter Vandalos numerantur: quorum sedes olim Burgundiones, Varinos, Gothones, Fennos, Aestios, Stagnanos, Sargatios, Sudinos, Gelandanos, Gillones, Charinos, Sulones, Subarios, Hulmigerosq; tenuisse ferunt, à quib; etiam hodie pars Prussia ad Vistulam, Culmigera vocitatur. Partitur eam more antiquo Erasmus Stella in Pomesiniam, Galingiliam, Natangiam, ac postmodum in Barthiam, Naoderitiam, & Varnitiam. pro ducatu habetur hodie pars Orientalis, qua Chrono seu Pregelio flu. adiacens, Schalaunia & Graudia vocatur, His in Meridiem vicina est Bartenlandia, ac Meridionalior his Mazouia, ad Occidentem iuxta Elbingum fluium Natangia remanet, & sub hæc Huntavvia. His verò Occidentalior pars ad Vistulæ utramque ripam iuxta Gedanense emporium Pomesania & Pomerellen vocatur. Culmigera autem quam Culmischlant vocant, ad Triebnitzam atq; Vistulæ fluium versus Meridiem sita est. In Septentrione autem Insula illa quam sinusefficit Venedicus, Samaiden vocatur. Vibium omnium opulentissima est Dantiscum, proprio nomine Gedanum dictum. præter hanc maritimam quoque urbem habet Königsbergum, Latine Regium montem appellare licet, ad Chronum seu Bregelam amnem, in quo magni magistri ordinis Teutonicorum sedes erat aliquando. Intus in Mediterranea, in ripa Vistulæ fluminis, insignis vrbs sita est, Turrea & Turrioniam vulgò Dorn vocant, similiter Marieburgum, Ohulmen, Notangen, Samkand, Risenburgum, Brunspergum, ac complures alia. Aëre fruuntur frigidiore. Terra ipsa vasta, ampla, ac paludibus inuia. Frumenti ferax est, aquis irrigua, & plena colonis, multa ambitiosa oppida, multi maris sinuosi reflexus amœnam efficiunt; pecorum ingens vis, incædæ syluæ, multa venatio, piscatio diues. Saltus Hercynius qui per Prussiam vagatur, multa ferarum genera gignit: alces, vulgò Ellendts vocant, onagros, vros seu bubalos Germani Auroxen, & Bisontes et Buffalos dicunt: præter illa & pelles quasdam non ignobiles mittunt hæ syluæ quæ vestium simbrijs principum hominum subduntur. Lectorum etiam stragula ex his consuunt, pretioq; ingenti vendunt. Habent etiam syluæ præter id suas diuitias, apum scilicet ingentem multitudinem, quarum alueos ceu natuos, intra arbores ad hoc cauas cernere est, ex quibus tanta mellis & ceræ copia prouenit, vt Germaniæ, Britanniaq; ac cæteris adiacentibus insulis commode harum rerum usum suppeditet. Ora illa quæ quasi peninsula est, ob sinuosos flexus Maris, terramque spatiosè in freta excurrentem, Samaiden vocant, succino abun-

dat



dat, in quam vi tempestatum idipsum aduehitur: id olim à Germanis Glessum vocatum est, inde Glessaria regio ipsa. quo loco autem succinum nascatur, scriptores non conueniunt, quidq; succinum sit, controuersum quoque est: crediderunt nonnulli purgamentum esse maris concreti, quidam Solis radiorum succum esse putarunt, quos circa Occasum vehementiores in terram actos sudorem pinguem in eam partem Oceani relinquere; deinde æstuante mari in littora Germaniæ eijci dixerunt. Quidam verò è limo quorundam montium Sole excalescente fluitare existimant, in herbido solo atque algido, quod his montibus subest, indurari: Oceano illic efferuescente; inde rapi, & in proxima littora expelli. Plinius tradit Succinum gigni in insulis Septentrionalis Oceani, ipsumque nasci de fluente medulla. ex pinci generis arboribus (sicut enim resina in Cerasis, ita & in pinis humoris abundantia erumpit) densamq; rigore maris. eo intumescete ex insulis rapi, certoque littore expelli, ita in uolutum herbis, ut ex his pendere videatur, salo expui. Fluminibus regio rigatur ad

Ortum Chrono, ad Occasum & Meridiem Vistula Mediterranea Elbin-

gus flu. humectat, Sunt præter hos alij ignobiliore, Bro, Osa, Trie-

bnitz, Brieg, ac innumeri ferè lacus. Eruditissimam

huius regionis descriptionem reliquit

nobis Andreas Aurifaber

Vratislauensis.



Complectitur hæc tabula Marchionatum Brandenburgensem & maximam Pomeraniæ partem, cuius tabulæ descriptionem primus solusque præstitit Gerardo Mercatori doctissimus Mathematicus & professor in Academia Fræcfordiana ad Oderâ Elias Camerarius, vir à quo multa in Astronomicis desideratissima expectabantur si longiorem illi vitam concessisset Dominus. iam enim in obseruatione motuum Solis, Lunæ ac stellarum diligentissimus erat ad castigandos quos in ijs certò deprehendebat errores. Conscripsit autem hanc tabulam non geometricis instrumentis vsus, vt cui propter academica negotia id integrum non fuit, sed ex suis aliorumque profectioibus, solerter admodum & circumspicè, id quod experientia docuit, liquidem cum reliquis circumfictis regionum tabulis hæc descriptione conciliare Mercator vellet, vix vlla contractione aut extensione opus fuit, sed in eam quàm proximè longitudinem ac latitudinem exterioris loci iuxta ipsius dimensiones positi incidebant, quam circumuicinæ tabulæ diligentissimè ab ipso castigatæ & conciliatæ requirebant. Porro sic dicta est regio à metropoli in ea Brandeburgo, patria clarissimi illius poetæ Georgij Sabini: vnde autem nomen hoc sortita sit vrbs, ex eiusdem poeta disticho quodam intelligi potest; sic enim ait in Hódæporico suo:

*Italiam quando digressus ab vrbe petebam,
A duce quæ Brenno condita nomen habet.*

Brenneburgum enim à veteribus appellata est, sed vulgus Brandenburgum pronunciat. burgum verò significat propugnaculum à πύργος & Brennus idem nomen est apud Germanos quod Galeatus, vt veteres illæ cantiones testantur quæ in Theodoricum Regem Gothorum extant. Significat igitur Brenniburgum, equitum seu Galeatorum urbem. Tota aut hæc principis Electoris ditio in 7. aut 8. prouincias est distributa, quæ sunt Rixia / Mittelmarch / Neumarch / Bismarch / Prenz / Grossen / ducatus Sterneberg & Corbus dominia. Item pars Lusariæ inter quas proculdubio, tum ad conseruationem & curam totius corporis, tum ad gubernationem populorum certus est ordinum status & politia. Electoratus etiam dignitas Marchionatui huic attributa, tennerunt siquidem Brandenburgum tunc temporis Saxonici quoque Principes, Cæsaris cognati, & facilis coniectura est fauisse Othonem impensius hisce regionibus, quàm Ducatibus reliquis. POMERANIA nomen accipit à Pomesano Videnti, primi Borussiorum regis filio. Malunt tamen alij Vandalicè sic dictam Pta Meern, quasi terram maritimam, cuius *trudus* coniectura non videtur inanis. Diuiditur autem in superiorem & inferiorem Pomeraniam, quarum hæc in Orientem vergens Vanda iam Cassubiamque, illa Stetinensem, Barthiensemque seu VVolgastensem ducatus ac Rugiensem insulam complectitur. Oppidis egregijs exulta est, insigniora tamen quæ habet, maritima sunt, præter pauca quædam mediterranea, quorum primum est Stetinum emporio celebre quod ex VVineta vrbe eò translatum est, totiusque Pomeraniæ hodiè est Metropolis, amœnissimum habens, situm. in eamque sedem habent continua serie à maioribus acceptam illustrissimi Statorum, Pomeranorum, Cassubiorum & Vandalorum Duces. quin & Hanseatici iuris ac fœderis, ad illud societatis membrum pertinens, quod Lubecam totius Hansæ caput primo respicit dicitur & alio nomine Sedinum à Sedinis vt creditur denominatum, populis eis Viadrum. nulli maritimarum ciuitatum cedens: piscium lectissimorum varij generis & pretij exigui inexhaustum promptumque viuarium: pratorum quoque ac lignorum cæduorum adeò ferax, vt parem haud facilè, superiorem vix vsquã reperias. Habet præterea VVismariam, Straelsundam oppidum splendidum, olim suum habens Principem, quem dixere Bardensem ducem; Grippesvvaldum à Ptolomeo Vi-



ritium iuxta coniecturam appellata; Rostochium in quo liberalium artium florens
 Academia, quam impetrarunt ciues ac Magnopolenses seu Mechelburgenses princi-
 pes anno Christi 1485. accersitis Magistris ac doctoribus potissimum ex Erphordien-
 ti Gymnasio, quod & ipsa recens tum schola erat annos necdum habens 30. Est verò is
 locus Rostochiensis in eam rem non incongruens, quòd aeris salubritas & victualium
 omnis generis leui pretio ibi magna sit copia. Caminum Episcopalis ciuitas; Iulinum
 nunc V Volinum oppidum, olim nulli clarissimarum vrbiu[m] secundum, multas etiã
 præclaris opibus & structuris exuperans, nobile V Vandalorù emporium, tantis opi-
 bus mercatorum negotijs frequens vt excepta Constantinopoli, vix aliud ei par Eu-
 ropa tum videret. ibi enim Russi, Dani, Sorabi, Saxones & V Vandalii suos vicos & pla-
 teas incolebant ex hoc oriundus est Io. Bugenhagius Pomeranus, Ecclesiastes Vite-
 bergensis celebratissimus. Apud Caminum insula est Christoa. Insulæ V Vinetæ olim
 vrbis in ea nomen erat hic & Oderæ ostia, quæ tribus alluitur fretis, quorum vnum
 viridissimæ aiunt esse speciei, alterum subalbidæ, tertium motu furibundo perpetuis
 sæuiens tempestatibus. Est hæc regio vbique fertilis, aquis irrigua, stagnis abundans,
 nauibus peruia, diues agris, pascuis, pomis, lignis, riuis, montibus, venatione, pecore,
 piscibus, frumento, butyro, melle, cera & alijs his similibus rebus. Montium in hac
 plura iuga, sed quorum apud Authores nulla fama est, sicuti nec sylvarum, quibus ta-
 men Pomerani non carent. Mineræ tamen nec thermæ vllæ in ea celebres; col-
 ligunt autem incolæ Succinum in mari, sed non tantum quantum
 Pruteni. Nullus denique in hac regione locus est
 vacuus, nisi quem aut lacus aut mon-
 tes occupant.



SAxonici nominis etymon obscurum reliquit vetustas. Eorum Tacitus non meminit, quòd tum fortasse ignobiles adhuc erant. Meminit autè Ptolomæus, antiquiorem licet Geographiam secutus, is Germanici maris accolæ, ac potissimum insulares fuisse docet. Speculum autem Saxonicum in hanc sententiam de eorum nomine differit. Quòd post obitum Alexandri magni Asiatici Petroculis bellum intulerint (eo quòd opem supplicatque ipsi Alexandro tulissent) eosque è Cilicia expulerint. Ipsi itaque vela dantes ventis, expulsi suis sedibus, appulere decem & octo ratibus in Prussiam, quæ eremus tum erat. Petra autem seu Pétri Græca dictio, Latinis Saxum dicitur: vnde Saxonum nomen deriuatum esse creditur. Ab Asiaticis etiam Becanus & Melanthon deducit, verùm alio modo. dicunt enim Sacas Asiæ populos colonias quasdam à se emisisse ad montes Moschicos, è regione Cappadociæ: alteram, quos Sacassones, quasi Sacarum filios appellatos contendit, vltra montes Tapuros alteram, ad latitudinem 56. paulò plus minus graduum, quam Ptolomæus Saxonum nomine signarit. hoc priore sui parte perinde atque illud posteriore corrupto, Saossones enim Symcoptos, vel integrè Sacassones fuissent dicendi, id est Sacarum filij. Ex his igitur Saxonibus Saxones nostri Europæi descenderunt. Memini tamen me legisse in Frisiorum (ni fallar) historia, gentes istas, Frisios, Brunsvicenses & Saxones, à Frisone, Brunone & Saxone ducibus denominatos esse: verùm huic sententiæ quisquis quantam volet fidem tribuat. Saxoniam autem veteris fines latius multò quàm modernæ extendebantur. Initium namque eius est trans Albim ab Holfatia, inde transfiliens Albim per dioccesim Bremensem in VVestphaliam vsq; Rhenum ferè pertingit abinde verò in Hessiam peruenit, ad Herciniam syluam (qui nunc Hercici montes dicuntur) pertingens ad confinia Thuringiæ, in qua olim non contemnendam partem Saxones, militiæ stipendiù à Francis, quibus militauere, susceperant. Inde iterum submontibus longo tractu peruenit in Regionem Albi non longinquam, complectens Vitebergam & confinia eius, quæ nunc Saxoniam superior dicitur: duobus principalibus Saxoniam sibi titulum vindicantibus. Legitima quadam successione ad principes inferioris Saxoniam omnis regio pertinet: sed superiorem apprehenderunt Marchiones Misnenses cum dignitate Electuræ, quæ illi inferitur principatui. Meditullium autem huius quam descripsimus prouinciæ, totum ex Vandalico, id est, Slauico solo redactam est in linguam & mores Saxonum, in terra videlicet Brunsvicensi, Luneburgensi, Magdeburgensi, & Halberstadeni. Ad eandem verò pertinet nationem omnis Marchia Brandeburgensis, ex eodem solo Vandalico capta, ac versa in linguam & mores Saxonum. Præter vrbes autem magnificas, & Gymnasia celeberrima, omnis hæc regio populum habet robustum ac validum, quorum potus cereuisia; cibus autem plerunque lardum crudum, butyrum, caseus, ac reliqua lacticiniorum genera. Aer regionis durus, attamen purus ac salubris, nisi qua paludibus humectatur nimium, quod Maris nonnunquam accidit. Gleba fertilis est, rerumque omnium, præterquam vini, prouentu felix. Mechelburgij ducatus fecundissima fertilissimaque regio frumenti, ligni, lacuum, fluminumque piscosissimorum, pecudum tum domesticarum tum ferarum. vrbibus amplis, arboribus vicisque mirè exulta. Istam herbam, quam Quadan ipsi vocant, lanarum tinctoriis aptissimam abundè profert in Thuringia, ita vt incolarum pleraque pars, annonam sibi ex ea comparent. Syluas complures complectitur, Eünenburgerheid, Spondawerheid, Rattenawerheid, Galberheid, Pomerischheid, Hercinie portiones &c. Fluminibus interluitur nobilissimis. Saxoniam montana mineris foeta sunt. Habet & Goslaria

Saxonum regionis quatenus eius genis imperium nomenque olim patebat, recens germanaque delineatio, Christiano Schrottenio auctore.
 Quia loci angustia non pateretur sic de inauseria Sep ten tri o necessario tamen in hac mappa aliqua Opida amissimus — Joan. Insimochi. ecc.



Goslaria ultra æris, auri argentiq̃ue minæras, ditissimos falis fontes, quibus & Hala
 & Luneburgum abundat. Illud quoque memoratu dignum visum, montem haud ita
 procul à Kupferbergo reperiri, qui lapidem gignat emittentem odorem violarum,
 quin & marmoris copiam hæc montana exhibent. Est autem hodierna Saxonia vrbi-
 bus quam plurimis, ijsq̃ue insignibus mirum in modum decorata, quarum maritimæ
 pleræq̃ue omnes, ac bona mediterranearum pars Hanseatici sunt iuris ac fœderis,
 Gymnasij atque Academijs illustres, viris eruditissimis instructis, vrpote Nathane
 Chytræo in Acad Rostochiensis, & alijs. Ex inçlyto autem Hamburgensi emporio o-
 lim prodijt Ioannes Oldendorpius Iurisc. qui summam in studijs expertus liberalita-
 tem auunculi Alberti Crantzij Historici clariss. Gryphisvaldiæ doctor vtriusque
 iuris creatus, Syndicus primò Reipublic Rostochianæ constitutus: post Coloniae A-
 grippinæ, ac dein Marpurgi multis annis Ius Ciuile in Academia professus singulari
 cum laude doctrinæ, fidei, industriæ, sapientiæ: commentarijs in multas iuris partes
 editis quàm plurimis, Marpurgi obiit. Eandem patriam suam illustrauit Ioan. Aepi-
 nus Hamb qui præter multiplicem linguarum & artium humanitatis eruditionem
 primùm Vitebergæ Theol. doctor creatus, deinde supremus Ecclesiæ Hamburgensis
 ordinatus est Antistes: cui præfuit annos circiter viginti summa cum fide & diligen-
 tia. Nec minus Magdeburgensis vrbs claruit sub Ecclesiæ suæ Præposito D. G. Prin-
 cipe Anhaltino, Comite Ascaniæ, Bernburgi & Seruestæ Domino, is enim primis stu-
 diorum rudimentis Vitebergæ feliciter positus, Theologiæ totum se addixit, Mag-
 deburgensis ac Misnensis electus Præpositus, optimi & Principis & Pastoris
 perfunctus munere, quin & publicis ingenij præstantis, & sanctæ
 operæ monumentis apud posteros relictis quàm pluri-
 mis, obiit morte felicissima completo ætatis
 anno quarto & quadragesimo: Salu-
 tis humanæ 1553. anno.



Misnia Saxonū quoq; regio, à cognominata sibi primaria in ea vrbe sic dicta ea autē ad Albis fluij sinistra ripā posita & Episcopalis est, Recēter tamē hoc nomē regioni inditū est, cum Hermundurorum hic olim sedes fuisse nō obscura cōiūctura colligere liceat ex Cornelij Taciti historia: nam in Hermunduris Albim nasci memorat Hermunduri autem Suenorum gentes fuere ad Albim fluuium, sub Hercynio iugo, Danubium versus è regione Semnonum habitantes. Velleius etiam Paterculus lib. 2. Semnonum Hermundurorumque fines Albim præterfluere tradit. Tacitus autem lib. 10. Annalium docet Hermunduros cum Cattis magno prælio propter flumen gignendo sale sæcundum, & conterminum concertasse. Is autem Sala fluuius est, Cattos Hermundurosq; interluens ac separans, ad cuius ripam etiamnum Salinæ in Hala vrbe conspiciuntur. Ioannes Gerson persuasum habet, Eudoses, Varinos, Suardonesq; Libonotriā (quo nomine Misnensium ditionem vocat) habitasse, eosq; postmodum vnico vocabulo Sorabos nuncupatos esse. ij Sclauini fuere, quos inter Albim ac Salam habitantes Carolus Magnus oppressit. Inde postquam Germani pristinos agros receperunt, misnij seu Misnēses, ab Episcopali, vt dictum est, vrbe, vbi Principis sedes erat, cognominati sunt. Birckheimerus, misnēses Cheruscos esse credit, qui cum Cattis de salis fontibus, qui sunt Hala Misnensium, decertarunt. Quamuis demonstrari planè potest Thuringos Cheruscorum sedes tenere inter Albim & Vifurgum fluuios. Camanos etiam Misnensium olim loca possedisse credunt nonnulli. Illingi etiam & Glancones dicti sunt Albis fluij accolæ Misnensium pars iuxta Seruestum (vulgò Zerbst) hodierni regionis incolæ, robusti fortesq;, ac commendanda corporis forma proportionē, iucundi hilarēsq;, amici, modesti, pacis amantes, nulla in parte Germanorum innatam feritatem, ac minacitatem referentes. Marchionatus hodie est, olim Saxoniz Marchionatus dictus. Valles multas complectitur, ac Voitlandiz etiam ducatum & Lusatiam superiorem cuius habitatores Theurochemi dicti sunt. Ciuitates vrbesq; principes habet Misniam seu Missenam, quę regioni nomen suum communicat. Lipsia ad Pleissenam amnem, quæ ceteras omnes opulentiā splendoreq; antecellit, nobilissimoq; floret Gymnasio, quod cum olim Pragæ in Bohemia extaret, huc anno Christi 1408. translatum est. Est & Zuiccaua triuiali schola clarissima, ad Moldam amnem sita; & Leisnicza Petri Appiani patria Astronomi & Cosmographi nobilissimi: Mathematicarum namq; disciplinarum in academia Ingolstadiensis professor atq; illustrator fuit maximus: Carolo V. Cæs. Aug. ob id acceptus habitus mirificè, à quo ob fidem magistrerij præstitam, & Equestris dignitatis ornatus titulo, & honoribus auctus amplissimis. Astro-nomicis inueniendis instrumentis solertissimus: opere egregio illo Cosmographico vnà cum alijs quibusdam eiusdem generis monumentis post se relictis, ex hac vita migravit anno partæ salutis 1552. Dresdena quoq; ac Torga, in quibus principis Electoris sedes frequens est. Aer dum vix ferendus fuisse dicitur, ob montiū syluarumq; humidissimarum exhalationes viscosas; præsertim vbi Ioachimica Vallis ducitur in Sudetis montibus, qua Bohemiz, Voitlandizq; vicina est, eam enim Vallim vsq; adeo densa terræq; nebulæ nonnullis anni temporibus integebant, vt Solis radios nequaquam admitterent: nunc verò syluis excisis, terræq; meatibus quantum interclusi erant, apertis, fluminibus quoq; exitum suum sortitis, cessant nebulæ: montes enim exsiccati, vento liberius perslantur, vnde aere hodie salubriori fruuntur. In ista autē Ioachima Valle (Germ. Joachimthal) primùm cusi sunt argentei illi crassiores, quos


vulgò




vulgò Thalers quasi Vallenses, ac deinceps barbarè Thaleros vocamus. Terra montibus collibusque minæis refertis vndique accumulatur in Bohemiæ finibus, ipsis Sudetis montibus. Ager etiam frumenti feracissimus est, præterquam in prædicta valle Ioachimica, vbi gleba durior, minusque fertilis est: dumorum autem & ruborum referta; plus tamen in recessu quam in fronte prima habet. quod enim superficiæ eius denegatur, id eius viscera abundè compensant: argenti enim tam sunt diuites fodinæ, vt & laudatissimas mensas comparare valeant. Est & ad tertium ferme lapidem ab Zuicauia vrbe ab Moldam sita, Colbergum mons, id est, Carbonarius, è quo effoditur lapis terræ calore exsiccatus, ater ac leuis perinde vt carbo, vnde & carbonarium lapidem appellant, quo per totam ferè Misniam carbonum loco fabri ferrarij vtuntur, cuiusmodi Lithantrakes inferiorem Germaniam in Leodiensi agro, ac Scotiam quoque dare notum est. horum carbonum fodinis olim accensis, montem ipsum non aliter ac Aetnam & Vesuuium, & Heclæ montem in Islandia, arsisse flammisque euomuisse, ita vt vicinæ Zvicauicæ ingentem terrorem incusserit, memoriæ proditum est, hodieque fumare conspicitur. Hæc etiam præter Salis fontes, vnde nomen sortita est, æris minæ, ras habet. Hæc metallorum tam diues atque abundans est regio, vt singulos penè, etiam maximos, montes perforatos videas.



MANSFELDIAE Comitatus nomen haud obscurum est, à metropoli eiusdem in eo nominis sic appellata, quæ ipsa à Manno Tuisconis filio nomē accepisse traditur. sonat autem Manni campum. huic opinioni suffragari videtur huius vicinus locus Afcania, qui Ascenes Germanorum patris nomen referre videtur. Saxonum enim hi populi sunt, & inter Hermunduros numerandi censentur. Hertici hodie, & Hergschén, aut Hargländer/ ab Hartone sylua Hessos, Thuringos & Saxones discernente nominantur. Regio est superiori Saxonie inter Salam amnem ac VViperum inserta, Complectitur autem huius Mansfeldensis Comitatus territorium in se complura dominia, utpote principatum Anhaltensem, Palatinatum Saxonicum, Comitatus Arnstettensem, VViprensem quem Cherusci olim tenuisse creduntur, VVerhinensem, Quernfurtensem, Ballenstedensem, Afcaniensem, Stolbergensem, Arnsteinensem, Reinsteinensem: ac præter hos dynastias, collegia Canonica, Baronatusque aliquot; quæ pleraque olim peculiaribus suis subfuere Comitibus ac Dominis: nunc verò vix alium præter Comitum Mansfeldensem agnoscunt. Loca autem montana, Meliboci montes antiquioribus Geographis dicti sunt, syluis hinc inde conspersi. Aer bonus ac salubris Terra frumenti satis ferax, Eius tamen viscera diuitiarum plus quam superficies habent. Eruitur enim ex eius montibus propè Mansfeldiam, Islebiam, ac Hochsteten, lapis niger ac fissilis, cuiusmodi is est, quo in laminas tenues secto, tegularum loco utimur, nonnullis ardoræ vocantur, is picis ærisque plurimum obtinet, ac metalli minimè occulta habet indicia, conspicitur enim inspersus auri cuprive color. Hunc itaque ingenti copia erutum ex montibus, lignis que circumpositis, vna exurunt: incensus autem odorem emittit eundem quem Lithantrakes, seu Carbonarij lapides: at si contingat placidas pluuias ignem conspergere, tantum abest ut extinguatur, ut maiores etiam flammæ excitet, lapisque eò citius liquefcit, quod bituminis picisve non obscurum est indicium. Neque hoc tacendum videtur, cum ludentis naturæ miraculum non immeritò videri queat, quòd is lapis manifestas ostendet inspicientibus animalium ferè omnis generis effigies, ramentis ac lineamentis aurei coloris, ita ut quoduis primo intuitu dignoscere queas. Affirmant nonnulli, eorum saltem animalium quæ propinquus gignat lacus, eum præ se ferre imagines, cuiusmodi sunt piscium, anguillarum, carpionum, ranarum. Verum alij perhibent etiam aliorum animantium figuras eum exhibere ad vnguem, utpote gallorum gallinaceorum & Salamandarum: quin & in quodam eorum lapidum Pontificis cuiusdam barbati effigiem, ut triplici diademate ornatam multis conspectam aiunt. Hæc loca Tubantes populi olim habitasse creduntur. Regionis caput est Mansfeldia, ad VViperum amnem sita. Vrbes post hanc habet præcipuas Islebiam, Quernefordiam, Rotenburgum. Alstadium ac complures alias. Fluminibus rigatur Sala, VVnstrut, duobus tribusve VVipperis, ac infinitis alijs riuulis, torrentibusque ignobilioribus. Latus Orientale Misnia claudit. Meridionale partim Misnia, partim Thuringia cingunt. Occidentale Hassia, Hartoque ad Melibocum montem excipiunt, vbi Svvarthenburgensis & Stolburgensis Comitatus, item Sangerhusi, Anhaltiæ, & Assenburgij principatus confines habet. Septentrionale autem latus Saxonie superioris Ducatus terminat.






FRanci Orientales, quos Rhenanus etiam Ansbarios & Ansuarios fuisse ostendit, cū ad annos ferè quadringentos suis ducibus paruissent, dominium seu Imperium id tandem peruenit ad quendam Francum nomine, eum tanto persequebantur amore, tantique ab ijs fiebat, ut aucto veterisque nomine relicto, ab eodem suo duce denominari voluerint: quod factum traditur circiter quatuor & viginti annis ante natū Christum: Saligni etiam dicti sunt Franci à Romanis. Salios fuisse appellatos, Ammianus ostendit lib. 17. quod à Sala fluuio descendisse creditur. rei fidem facit Salingostadium Mœni vrbs, quam Selgenstadt vocant incolæ. Gens ipsa viribus armisque potens, ac multa nobilitate pollens, fallax & astuta, laborum patiens, vinetis colendis uterq; sexus incumbit, nec cuiquam otioso esse conceditur. Ducatus nomine ac dignitate adhuc hodie gaudet, huncq; titulum VVurtzburgenfis præsul sibi vendicat. Verum huic non integra paret Francia: sed cum quatuor in partes diuisa sit, quatuor et magistratibus sunt audientes Marchioni Brandeburgenfi obediunt Kitzinga, Britadum, Graglingiacum Babenbergenfi antistiti subest. Chronachum, Forcheimium, Staphelsteinium, Hochstadium, & præter has multæ aliæ vrbes VVurtzburgenfi seu Herbipolitano præsuli, qui Francorum dux salutari solet, parent. Konigspergum, Oxenfordia, Carolstadium, Hasfordia, ac nonnullæ aliæ ciuitates Mogantinenfi Metropolitano Archiepiscopo & Electori Septemuiro, S. Imperij Cancellario subsunt, item Bischofsheimium. Alderburgium, Mildeburgum & multa alia oppida. Quædam insuper Franciæ portio ad Saxonum principem spectat, velut Coburgum oppidum excelsa arce munitum, ac nonnulla alia. In huius prouinciæ finibus sita est Norimberga vrbs ampla, opulenta, ac imperialis, solo licet infœcundo atque arenoso; ingenia tamen parit solertissima ac promotissima ad quæuis etiam ingeniosissima inuenta: vnde ex ea, tanquam ex equo Troiano, subtilissimi totius Germaniæ artifices prodeunt: verum Franciæ minimè hæc vrbs annueranda; nisi, quod ad statum Ecclesiasticum, Bambergensi vrbi, quæ Franconiæ annueratur, subit. quæuis nec Buarix annuerari se Noribergenses velint, sed ab vtrisque discreti singularem gentem efficere. cum autem Noricorum sedes occuparint hodierni Buarix, ad eos se pertinere ipsum nomē arguit. Francofurtum autem Francici iuris est, vrbs tamen imperialis; ac binis nundinis quotannis celeberrimum nobilissimumq; totius Germaniæ emporium: quo loco Romanos reges eligi à duobus Electoribus mos est, ibidemq; si Imperij binos esse competitores contingat, vtrique collecto exercitu pro imperio dimicant. Aer purus ac salubris satis. Terra densissimis syluis asperisque montibus clausa, intus plana ac fertilis Cerere & Baccho, in Germaniæ propemodum medietullo sita. Ad Rotenburgum vrbs in Tubera ripa, haud procul ab eiusdem fluminis fontibus, initium sumunt vineta, flumenq; sequuntur donec Mosno coniungatur. Vinum ipsum bonum ac salubre, si nullum adhuc vitium, & ob sui præstantiam in remotissimas exportatur terras. Glycerizæ radicis Babergergenfis ager tantam præbet copiam, ut currus eadem onusti per vniuersam Germaniam diuehantur. Rapæ cæpæq; nullibi ferè locorum laudatioris: hortorum, viridariorum ac pratorum cultura regio est amœnissima, pecudum domesticarum, ferinarumq; diues. Fluminibus piscosissimis vndique perlucitur, quorum præcipua sunt: Mœnus, Sala, octo ignobilioribus amnibus conitata, Sina, Radiantia, Aestus, Tubera, ac nonnulla alia. Sylvas habet Speshart, Othonis syluam (vulgò der Odenvald) quæ eam æditissimis iugis per circuitum obfirmans, veluti natiuo muro ambit ac alias etiam Herciniæ portiones. Hæc Sueuiæ & Boiariam à Meridie habet, Rhenus illi Occiduis est, ab ortu Boemi accollunt, Hassi & Thuringi Saxonizæ populi à Septentrione. Inter cætera præstantissimorum ex hac regione orta sunt ingenia: Haldrichus Huttenus optimis eruditus artibus omnibus, Litterarum pariter & armorum præstans, dum Poëta lauro, & Eques auro coronatus est; ob excellentis namque ingenij vim ac probatæ virtutis in bello Veneto sub Maximiliano I. laudem meruit: libertatis communis propugnator acerrimus, partium semper studiosus ac defensor bonarum. Kittingensis fuit Paulus Eberus summos in sapientia tam diuina quam humana honores consecutus. VVinsbergenfis fuit Ioannes Oecolampadius Iurisconsultus simul & Theologus, trium linguarum peritissimus, in Academia Tubingensi Ioanne Capnione vsus doctore. Carolostadius fuit Ioannes Draconites Hebrææ, Chaldeæ, Græcæ, Latinæ, præter vernaculæ, linguarum peritissimus. opus namq; Biblicum quintuplex, ad instar celebratæ illius monumentis veterum Origenis operæ, ut & alterius recentioris Complutenfis, animo agitauit: cuius specimē in medio reliquit sanè egregium, & posteris admirandum.

FRANCIA ORIENTALIS, VVLGO FRANCONIA, A FRANCO QVODAM EORVM DVCE, ORTA CREDIT VR. GENS

ipsa viribus armisque potens est, ac multa nobilitate pollet, salubres et affrica laborum patiens, vinetis coluntis uterque sexus incumbit, nec exiguam opem esse conceditur. Ducatus nomen ac dignitate adhuc habet
 gaudet, huncque piam Wurburgensis Praefati sibi vendicat. Mercurus est ac salubris. Terra deorsum plus asperisque montibus cingit, antea plana ac fertilis Cerere et Baccho, in Germania propemodum
 medicinalis fuit. Vinum ipsam bonam de salubre et in purgantiam in remississimas exportatur terras. Graeciae radices Bambergensis per tantum prebet copiam, ut curas eadem inasti p tota Germania auhatur.





Sveus Gambrinij filius, & Manni nepos, Germanorū Rex, apud Tuifcones regnavit tempore Balei, vndecimi regis Baby Ioniorum. Hic amplissimā Sueuorum gentem ac regnum condidit, & de suo nomine cognominavit. Sueuos autem Hermionum populū fuisse tradit Plinius, sicut & Hermū n̄ duros, Cattos & Cheruscōs. Sedes verò non easdem quas hodie tenuisse eos, omnes testantur Chronographi ac Historiographi. Intra hos ferè terminos olim fuere conclusi: Ab Oriente Carpathus mons; à Meridiè Hercyniū nemus, quod Bohemicum nunc appellatur; ab Occidente Rhenus; ab Aquilone Sueuicum mare, seu Balthicum, ipsorum limites fuere. Hæc gens nūc in sedes angustiores, vtrum ab alijs compulsā, an sponte sua delatā, incertum est. In Rhetiam enim populariter cōmigrarunt quo loco iam aliquot seculis hæserunt, abolitoque veteri Rhetorum nomine. Rhetiam à se nouis cultoribus Sueuiam dixere. Atque hi sunt qui latè per Germaniam imperitabant, maximam eius possidentes partem: nam & in Sarmatiam ac Pannoniam colonias deduxerunt; illic enim antiquæ fuerunt Sueuorum sedes, deinde Rhetias occupauere, quas etiam nunc tenent, ij (inquam) in quinquaginta quatuor populos ab Orofio distinguuntur, à Tacito autem istæ nominantur gentes, Semnones, Longobardi, Reudigni, Auiones, Angili, Varini, Endoses, Suardones, Nuithones, Hermunduri, Narisci, Marcomanni, Quadi, Marsigni, Gothini, Osi, Buriij, Lygij, Arij, Heluecones, Manimi, Elysiij, Naharuali, Gothones, Rugij, Lemouij, Suiones, Aesti & Sitones, qui in commune vno nomine Sueui nominabantur. Hodierna autem Sueuia cuius h̄c typus exhibetur, in plurimas quoque separata est regiones & tractus suis nominibus distinctos; ita vt nullus hodie in tota Germania princeps reperiatur qui se Sueuiæ Dominum dicere possit, cum inter plures sit principes diuisa; vna enim pars hereditario iure ad domum Aultriacam spectat; maximam sibi eius partem vendicat VVirtebergensis Dux: multæ ei insunt vrbes liberæ & Imperiales: & haud pauca in ea ciuitates Bauariæ ducibus subiectæ sunt: reliqua pars vel Palatinis vel Badenli principibus, aut Constantiensi & Augustensi Episcopis, & Comitibus, Baronibus atque nobilibus paret. Gens est populosa, fortis, audax & bellicosa, procerō corpore, venusta facie & decora, ingenio singulari prædita, præstantissima Germanorum à Plutracho dicta, cuius gloria eo vsque creuisse memoratur, vt virtute & armis Imperium Orbis meruerit; illudque, vltra vnius seculi spacium magnificentissimè tenuerit. Suis olim Regibus paruit ac ducibus, quibus in Chunradino vltimo Sueuorum principe extinctis, collapsum est regnum, & in plures dynastias diuulsū. Ex hac gente prodijt celeberrimus ille Albertus cognomine Magnus Bolstadius Episcopus Ratisbonensis, equestri ordine natus Lauingæ, anno sal. 1223. summo ingenio, summa præditus eruditione, Philosophiæ ac Theologiæ doctor maximus, Professor Academiæ Parisiensis & Coloniensis, solertis. naturæ speculator, rerumque obscurarum indagator atque explicator planè admirabilis: Præsul tandem & Episcopus creatus Ratisbonensis, qui sua ætate omnes ingenio, doctrina, eloquentia superauit: literis denique ac studijs immortalis Coloniæ Agrippinæ, vtroque abdicatō Episcopatu ad otium literarium rursus extrema senectute concesserat, obiitque ætatis anno 87. Priuati Sueuorum nulla alia re, nulloque artificio magis occupantur, quam lini lanæque operatione: cui adeo incumbunt, vt in quibusdam locis nedum mulieres & puellæ, sed adolescentes & viri hyemis tempore colo admoueantur. Panni genus fa-

ciunt



Des H. Römisch
en Reichs Schwäb-
schen Kraihs, mit
sammt seinen vñ
indigende Lande vñ
Herrschaften wahr-
tze Beschreibung.

SVEVIAE
vtriusque cum Germani-
ca tum Rhetica celebra-
tissimis vrbibus, vicis, arcibus
et castellis re-
fertur. Marciano
tamque memorant
pna chorographica,
veram omnium loci
non distantia colunt.

Der mehrertheil äusser
Tuchs lüthel leubey
mit erstreckt sich
zuo künemmen ab-
sunder. Des Kraiz bo-
den wird für juchon
der gwarter Kraiz
der nördliche Kraiz
er allur nicht der vñ.

Als vier tausend die zal war
Der hundert fünf und achtzig jar
Keyser Maximilian vermehrt,
Von Würtemberg Graf Eberhart
Zu einem Herzog hat gemacht,
Und mit Fürstlichen stände bedacht.

SVEVVS
Gombrang filius. Hanc
nepos Germanorum Rex
maximilianus Suevorum gen-
tem et regnum condidit et de his
nuncie commemorat. Chaucidus li-
bera et imperialis potestatis pars ha-
bita subiacet. Tiro est pauli stierbar,
memoria, dicit tamen peccat. Pri-
uati nulla alia re multoq; artificio me-
rii occupantur, quia iam lenoq; spe-
ratione, et in pulcherris locis et adde-
centes et vni colu adiuuantur. et
compta est, quod i' dicitur salom
quodam veruay qm' roman,
quem Parthet et Gallic in
colu vocat, centu milia
parari, qui inde tras
vntari solent.

AD III. PRINC. IUDOVICVM
DVCEM WIRTENBERGICVM
COM. MVMP. PRIN. SVEVIAE.



Arthur Daut
Secretus Aachenae
et eius Vicarius.
Cölnae. J. J. J. J.
Anno 1552.

ciunt: cuius tela linea est, intertextum bombycinum *Barchet* illud vocantes, faciunt & totum lineum quod *Golsch* appellant. Comperit enim est apud *Vlmenes* solum quotannis vtriusque generis pannorum parari centum millia, ex quo conijcere quisque potest quam incomprehensibilis incredibilisque summa in tota regione elaboretur ad remotissimas autem nationes isti panni transfuehuntur. Tota porro hæc prouincia salubriaere gaudens, celebratissimis urbibus, vicis & castellis referta; arces excelsæ, natura & arte munitæ, templa, collegia monasteriaque plurima ac pulcherrima. Terra ipsa partim plana, partim motosa, ager fertilis, cuius nulla pars inculta facit, præterquam aut lacus, aut montes vel syluæ occupant: fructuum, leguminum, frumentorumque abundantia, pecorum magna vis, prata pascuaque lætissima, vitiferi montes: conualles in ea plurimæ, per quas perennes riui, amnes, fontesque lymphidissimi è montium iugis defluentes, iucando murmure strepentes, vberem largiuntur piscationem, qui se vniuersi in *Rhenum* & *Danubium* nominatissimos fluuios exonerant. *Danubij* autem & *Nicri* fluuiorum hæc terra parens est. Illud autem maxime in *Suevis* mirandum, quod cum reliquis, quæ esui sunt, obsonijs vescantur, à nucibus tamen abstinant. *Sueviæ* montana sunt *Alpes* quæ longo tractu *Danubium* sequuntur, nomina sua crebro mutantes. Nemora syluæque in ea multæ, & ob id genti venatio frequens, & aucupium peculiare. Lacus celeberrimi sunt, *Bodanicus* siue *Brigantinus*, *Tigurinus* & superior lacus, item *Federsee* lacus. *Mingrarum* est ditissima thermis; saluberrimis pluribus locis à natura donata est hæc tellus.



Salzburgensis Episcopatus nomē habet à Saltzburgo metropolitana Ba-
 uariæ vrbe, quæ eadem à *Sulzach* flu. nomen mutuata est. Olim Iuuauia
 à Iuuado dicta, Germanicè *Helffenburg*, quod castrum ibi extruxerat Iu-
 lius Cæsar, iuuamē seu subsidiū ac refugium legionibus suis contra Ger-
 manos quos debellaturus erat. Nonnulli tamē etiā hoc nomē à Iuuanio fluuio vrbi
 propinquo obtinuisse credunt. Eam præterea Volaterranus Badacum dictam ait.
 Norici pars hæc est tabula, complectiturque præter Salzburgenses Anasinam regio-
 nem, Pintzgouios & Alpes Iulias. Cæterum adiacens territorium montuosum, col-
 libus ac iugis vndiq; eleuatur, quæ Tauri montis cacumina esse vel ipsum nomen te-
 statur. Tauri enim incolæ vocant, in qua etiā opinione est Vadianus, cuius hæc de
 ijs verba sunt. Durant hæc (inquit) in Norico (cuius hæc pars est terra) & Carinthia
 nomina. Multi verò Tauri sunt, hoc est, Tauri, vt ipsi vocant, variè ab accolis cogno-
 minati, vt: *Kadstatterthaurn*, *Felbergthaurn*, *Kaunlerthaurn*, *Kornthaurn*, *Easteiner-*
thaurn, & innumeri penè alij, adeo alti, vt qui media eos ætate superant, cū ad ver-
 ticem peruentum est, frigore infeltentur: nullus curribus locus, angustissimi trāmi-
 tes, adeoque præcipiti subinde asperitate, vt iumentis tantum elitellarijs, ac ne his tu-
 to quidem, nisi assuetis, illac iter esse queat. Grandia verò pericula, cū aut subito ex
 orti venti in præcipitia deturbant euntes: aut verno tempore immensi conuolu-
 tarum niuium globi syluas, saxa, iumenta, & iuxta sitas persæpe domos funditus
 auferunt. Mirum verò in plerisque horum montium locis, cū paulò accesserit Sol,
 in ipsis niuib; natos vermiculos ceu tineas quasdam cerni. Verum his monti-
 bus frequentia quoque aucupia, ac ferarum venatus existit. Plana verò loca confi-
 tionibus, agris, frumentoque apta. Paludes quæ frequentes sunt, pascua præbent:
 fluminibus ac riuiis infinitis propemodum rigatur, qui ex eiusdem montibus sca-
 turiunt: Anassus fluuius in Septentrionem fluit, & Alzio, Saltzachio, Matichioque
 fluuijs oneratur. Traunus ibidem ex lacubus oritur. Item Mur. flu. hic suos fontes
 sumit; nec non & Drauus nobilis amnis, quem etiā Plin lib 3. ca. 25. è Noricis fluere
 tradit, Reliqui ignobiliore riui in hos quos modò nominaui exonerantur. Syluis
 quoque Episcopatus hic non destituitur. Hardionem enim, Hænhardum, & VVeyl-
 hardum syluas ad Septentrionem positas habet. Montes præter supradictos Tauros,
 habet in Meridiem versus Alpes, quos Albin ipsi vocant; varijs quoque cognomentis
 ascitis, vt Villacher Albin, Svanberger Albin &c. item Creutzbergum montem,
 Lettacherbergum, & in Oeuina valle metalliferos, de quibus sic cecinit Conradus Cel-
 tes lib. Amorum 2. oda 6.

*Qui mihi de celsis nuper fuit Alpius actus
 Oenus vbi, atq; Arthesis murmura rauca facis.
 Argenti aeterno scaturit qua vena metallo,
 Et ditat totam patriam Alemanicam.
 Hic halant liquido, puro & de fonte salina,
 Ditantes Bavaros, Austriacosq; duces.
 Hic turba est terra, nigra q; similima morti,
 Qui soluunt vastis ignibus arsa suis.
 Haud credas nostris decocta metalla per ignem
 Sed Phlegethontæ mundificata vadis.*

Cū olim Episcopatus tantū fuerit hæc ditio, anno Christi octingentesimò vigesi-
 simo primo, Arno decimus Episcoporum, primus ibi Archiepiscopus factus, pal-




lium à Leone tertio adeptus, populum Saltzburghensem annis triginta sex, salubriter pavit Habet autem Archeipiscopatus hic sub se suffraganeatus, Tridentinum, Patauensem, Viennensem, Gurcensem, Brixensem, Frisingensem, Seccouiensem, Laurentinensem & Chyemensem. vt refert Munsterus: In celebri hac Salisburghensi vrbe sepulchrum visitur Philippi illius Theophrasti, cognomento Paracelsi, qui Medicinæ vtriusque doctor inclytus: quam Basileæ annis aliquot publico stipendio, maxima cum admiratione professus est: primus nouæ ac Spagiricæ auctor Medicinæ, quam Archidoxis Theophrastiæ, alijsque libris editis propemodum infinitis, longè lateque disseminauit: qui dira illa vulnera, Leporam: Podagram, Hydropisim, aliaque insaniabilia corporis contagia arte sustulit mirifica. quin & Commentarijs in sacros libros, & præterea quibusdam dogmaticis post se relictis passim cognitus: Eremiticæ sectator vitæ, suus quàm alterius esse maluit. cùm bona sua in pauperes distribuenda collocandaque ordinasset, sine optato annos natus septem & quadringenta vitam cum morte commutauit Anno Christi 1541. die 24. Septembris, & in hac metropolitana Salisburghensi vrbe requiescit.



BAvaria Germaniæ provincia ab Auaribus Hunnorum reliquijs, qui Noricis expulsis in ea terra confedere, adiecta litera B. appellatur. Boiaria etiam à Boijs Cisalpinæ Galliæ populis hoc loci aliquando moratis dicitur. Noricum olim fuit, & Danubio insigni fluuio ex Sueuia profluente, irrigatur. Austriam, Stiriam, & Carinthiam in se comprehendit, quod iidem homines iisdem ferè moribus & lingua vtantur. Citradanubiana regio, quam scilicet Romani Principes post Augusti tempora occupauerunt, cito agnouit Christū, diuisaq; fuit in quatuor Episcopatus, Saltzburgensem, Ratisbonensem, Patauiensem & Frisingensem. Nulla Germaniæ provincia plurib; cultioribusq; illustratur urbibus. hæc terra priusquam in prouinciam redigeretur, à proprio Rege ad Arnolphi vsq; Imperatoris tempora administrata est; deinde duces habere cepit, hodieq; tenet. Suscepta autem fide orthodoxa, simul leges & viuendi instituta genti sunt præscripta, nempe de Ecclesiæ libertate, de incendiarijs ecclesiarum, de confugientibus ad Ecclesiam, de clericorum percussoribus, de decimis, de seditiosorum pœna, ite leges castrenses de libertis, de nuptijs, de causis mulierum, de furtis, de legibus agrarijs, de commendatis & commodatis, de hereditatibus, de emptionibus & venditionibus, &c. Illis legibus Bauari ante aliquot secula paruere, nonnullisq; adhuc. Regio ipsa præterquam vbi Australior est, non feritur, nemorosa multum est & montuosa, vt vna propemodum sylua videri queat. Hercyniæ enim portiones sunt omnes in ea sylua, ac totum propemodum eam olim hunc tractum contexisse vix dubiū est: rei q; fidē facit vel illud ipsum quod Aichstadio fertur, excidisse nimirum eo loco nemus seu quercetū D. Bonifacium, ac monasterium eo loco condidisse Benedictinorum: cōfluente autem vndiq; ad illud magna hominum, tam secularium quàm spiritualium frequentia, tanta sumpsisse incrementa, vt in urbem excreuerit, cui ex re nomen relictum sit Aichstadium. Aich enim Germanis quercum significat. Sues glandibus syluestribusq; pomis tanta copia nutrit, vt veluti Vngaria boues ita hæc sues cæteris Europæ nationibus largè suppeditet. Gens ipsa vestitu vt plurimum blauo colore amicitur, ocreis libentius quàm caligis calceatur. Extendebatur hæc regio olim, sicut & hodie versus Meridiē vsq; ad Alpes & Athesim flu. Vnde Strabo: Incoluerunt Rheti & Norici summa Alpium cacumina quæ in Italiam declinātur, appellatiq; sunt Rheti, Vennores & Lepontij, qui paupertate adacti, spoliabant viatores qui per Alpes in Italiam transibāt. Non erat tunc certa & trita via ex Germania in Italiam, sed erant conscendendi montes, & rursus descendendum in valles; insidiabanturq; transeuntibus Romanis raptores & latrones, dispoliantes & iniurijs afficientes eos, præsertim quādo Imperatores exercitibus suis mittebant pecunias. Vicinis tamen suis nihil incommodi intulerunt illi latrones, euentes ab eis cibos & vitæ necessaria. Durabat autem aliquamdiu huiusmodi latrunculorū sæuitia, quousq; per Cæsarem Augustum extincti sunt, atque iter magno labore ingentibusq; expensis per montiam & Saxorum asperitatem, per glaciem & niuem fuit inuentum & paratum. Hodie etiam suillis moribus satis famosa gens hæc est, & quod dolendum, duobus etiam vitijs plus reliquis notantur, in hospitalitatis videlicet & furti. Monacum siue Monachium principis sedes est amoenitate loci profectō Ducis aulæ dignissima ad Isaram rapidissimum amnē ex saltu Schiratio, Alpiū scilicet Penninarum gremio in Danubiū profluentem. recēsetur autem inter pulcherrimas Germaniæ vrbes, palatio, tēplis, monasterijs, hortis, fōtib; tāto artificio extructis, vt alibi vix illis paria reperire sit. adeo populosa vt octodecim millia fami-

liarum




liarum in ea numerentur, bibliothecam habet xi. circiter millibus voluminū instructam, agrum vix alterius rei quā frumenti feracem habet. vrbes præterea plurimas, vt vix alia sit Germaniæ prouincia pluribus ac splēdidiobus adio ornata. vrbibus ipsa Bauaria, hodieq̄ue deserta non est, vt Strabo tradit, & sicut suo fortassis tempore fuit. Aer vt plurimū salubris, & regio amœna est, Magna copia frumenti reperitur circa Ratisponam & Landshutam; at vinum in paucis crescit locis idq̄; agrēste, sed nobilia importantur vina ex Alsatia, Franconia, Austria, a thesi, & à Nicro: vicissimq̄; sal, cuius magna ibi paratur copia, effertur. In Nortgoia propè Ambergam & Sultzbachum terra turget mingra ferri, suppeditatq̄; omnibus fluuijs materiæ sufficientiam, vbi in diuersis officinis fabrilibus cogitur in ferrum. Ammes qui malleos in officinis continuò agunt sunt Fils, Nab & Pegnitz. Præterea in comitatu Tyrolensi iuxta oppidum Schvatz, annuatim immēsus thesaurus argenti & æris eruitur ex penetralibus terræ, atque sine cēssatione aliquot millia virorum in profundo terræ atque Plutonis regno destinentur. Multis denique fluminibus & lacubus piscosis regio hæc conspicua est. De amplissimo hoc Ducatu Annales egregios reliquit Ioannes Auentinus cogn. Turnmaier, Abulina Boiaræ oppido natus, patrię suę decus eximium, vt qui post patriam scholam Ingolstadij in literis egregiè eruditus; Lutetiæ Parisiorum Magister bonarum artium salutatus, quas multis dehinc annis Viennæ Austriæ, Cracouiæ, Ingolstadij publicè priuatimq̄; professus: neque ita multò post Illustr. Boiaræ Principum Ludouici & Ernesti doctor cōstitutus, quò ipse munere cum laude defunctus, cum historiæ scribendæ studio flagraret mirificè, perlustratis Germaniæ ferè totius, ac præcipuè Boiaræ monumentis & bibliothecis; magni vir laboris, summæq̄; industriæ, ac lectionis planè reconditæ, Annalium relicto post se opere absolutissimo, satur æui, satur gloriæ. obiit Ratisbonæ anno 1533.
 ætat. 68. in æde diui Heymeræ
 ni sepultus.





Nordgouia iuxta Germaniam etymologiam significat Septentrionalem
 plagam aut terram. Nord enim Germanis Aquilonem, Geu v siue Gav
 terram & agrum significat. Sunt tamen qui Nordgouiorum vocabu-
 lum malint à Nariscis deducere: nam tractum Nordgouiorum ultra Da-
 nubium, Boream versus in Bohemicam, hoc est, Hercyniam syluam ex-
 currentem in veteri Germania Narisci tenuerunt. Et quibusdam etiam placet (quam-
 uis minus consideratè) Narca pro Nordgav v scribere. Hæc regio hodie etiam Palati-
 natus superior (ad differentiam eius qui ad Rhenum est Palatinatus) appellatur. Est
 quoque Boiarum portio trans Danubianam, cuius princeps est de Boiariorum ducum fa-
 milia, vulgò Pfalz Graue id est, Palatii Imperialis præfectus dicitur. Includit quo-
 que hæc regio Nordgouienfis vnum ex quatuor comitatibus provincialibus, vulgò
 Landtgrauiatum vocant, qui olim ab Imperatoribus fuerunt instituti, nempe Leuch-
 tenburgensem accepitque denominationem istam ab archiepsco Leuchtenberg, cuius situm in
 hac tabula haud procul à Nabis flu. ripa conspici licet. Complectitur & Noricum
 Burggrauiatum, verum hi ad palatinatum non referendi sunt Norica tamen vrbs cũ
 in hoc tractu, tum totius Germaniæ, amplissima ac nobilissima, ad Pegnitium amnem
 sita, qui vrbem interluit, multis pontibus lapideis, duas vrbs partes coniungentibus.
 Eius ager sterilis & arenosus (vt supra in Franconia quoque meminimus) ideoque in-
 dustrio gaudens populo, omnes enim plebei homines sunt, opifices ingeniosissimi,
 aut plerunque negotiatores prudentissimi repertores & magistri subtilium operum,
 quæ hominibus non parum conducunt. vrbs est munitissima, altis scilicet muribus,
 antemurali ingenti fossa, infinitis turribus & propugnaculis. numerantur in ea 528.
 plateæ & vici, 116 putei aquarum, duodecim fontes ex truncis aquam euomentes, sex
 magnæ portæ, vndecim pontes lapidei, tredecim communia balnea, cingiturque ciui-
 tas duplici muro, in quibus sunt 183. turres præter fortalitia & propugnacula. Ingens
 tamen ac commiseratione dignum perpeffa est damnum anno Christi 1597. mense
 Ian inundatione exigui alius fluiuioli Pegnitij molas ædificia, aliasque sumptuosissi-
 mas st. ucturas secum rapientis, que (vt ab eius rei peritis supputatum est) quater cen-
 tentis millibus aureorum Rhen. restaurari ac restitui vix possint. Hercynia sylua oc-
 cupauit olim fundum vrbs Noribergensis, sed temporum successu pro magna parte
 excisa est, circum vrbem tamen nullo non tempore eius virent reliquæ. Reliquæ in
 hoc tractu sitæ vrbes & oppida sunt Ambergum, Auwerbach, Sulzbach, Castell mo-
 nasterium vbi principes Nordgoiæ olim suam habuere curiam, Kemnat, Egra, Neo-
 stadium, Ruenkoluium Peierutum, Krufenum, Greußenverdem, Eichenbach,
 V Veidena, Pernauium, Pleißenium Heßsprugum, Rurbach Eichstadium, à succiso
 ibi querceto sic dictum, Ingolstadium celebri academia nobile, Neumarct, Tursen-
 rutum, Elbogium Chamum Naburgum Kalmuntium, a calia multa quæ pleraque
 Palatinatui accensentur. Regionis huius aer vt cumque gratus, salutaris que est: terra
 autem satis dura & aspera, licet quibusdam locis satis proferat frumenti, abundeque
 pascua pro pecorum saginatione. iuxta Kelheimium Danubij ripa vitifera est, vinū
 tamen ignobile & austerum, vt vulgò dici soleat acetum in illis montibus nasci. Re-
 gionem perlabunt Egra, Nabus, Vilfus, Regus, Pegnitius, Schwarzbach, Sulza, Alti-
 mulus, Laberus, Lautra fluij: ac præter hos nonnulli alij riuuli De Rediantia seu Re-
 gnitio Regiæ amne referunt historiæ commoranti Carolo Magno apud Ratisbonā
 persuasum fuisse, tore vt ex Rheno in Danubium nauigari possit, si intra Rediantiam



PALATINA
TVS
BAVARIAE
1596

BAVARIA

Meridies Altiaria germanica communia

& Altimulam fluuios fossa duceretur quæ nauigiorum capax esset: quod horum flauiorum alter Danubio alter Rheno misceretur. confestim Rex ad locum opportunum accelerat, ac magna hominum multitudine congregata. totum Autumni tempus in hac consumpsit. ducta est itaque fossa inter prædictos fluuios duum millium passuum longitudine, trecentorum pedum latitudine: Sed res successu caruit. nam propter iuges pluuias & terram natura palustrem opus stare non potuit: quantum enim interdiu egestum fuerat, tantum noctu humo relabente subsidebat. Apud Veisfeburgense oppidum extant etiamnum vestigia vani laboris. Huius oræ Nariscorum Pinifer mons est inter Bambergensem & Noricam vrbes ad Ortum situs: ex eo quatuor insignes profluunt amnes, Mœnus, Nabus Sala, & Egra. ij in crucis modum diuicari, quatuor Mundi cardines petunt, complectitur autem mons ille in circuitu suo circiter sex miliaria & extrudit varias metalli species: gignit & optimum cæruleum colorem, quem vulgo Lazurum vocant. inuenitur quoque in summitate montis stagnum seu lacus, & multæ foueæ ex quibus olim metalla fuerunt eruta: tota enim illa terra minæris turget, potissimum autem ferrum, vnde Nordgoienses annuatim ingentem quantum faciunt. Nec illud hoc loco prætereundum censeo, omnes ferè Nariscorum fluuios fabricis ferri & reliquorum metallorum onustos & impeditos esse: utpote quorum fluentia agunt & impellunt tan folles ingentes, quàm immensos malleos fabricis ferrum tantum suppositis incudibus admouentibus. Nariscorum præerea amnes margaritas etiam prodeere fama est. Syluis etiam hæc ora vndique conspersa est, maximè qua Bohemiæ vicina est, eæque Hercyniæ portiones sunt. A Septentrione Voitlandiam vicinam habet ab Ortum Bohemiam à Meridie Danubio flu. à reliqua Bauaria separatur, ab Occasu Hancampo, Sueuiæ parte, ac Franconiæ parte terminatur.



VVIRTEMBERGENSIS 28

DVCA TVS.

Wirtēbergēsis ducatus nomē sibi ab antiqua prope Stutgardia arce VVar-
ta vēdicat in eius ferē meditullio sita, in edito colle, haud ita procul ab
Eslingēsi vrbe Imperiali. Verūm Aegidius Tschudus ab Intuergis po-
pulis, quos hīc aliquādo habitasse refert, verisimili cōiectura nomē hoc
deducit. Beatus Rhenanus Vithūgos ait hāc olim loca tenuisse, lib. i. Rerū Germani-
carum. Nam (inquit) Vithungi Alemannorum pars, quos possibile est VVirtem-
bergenſi ditioni nomen dedisse, ab illis profectos, qui Trebellio Pollioni Virtingi
dicuntur, Italiae minantes miserē Rhetias deuaſtabant. Et mox addit: Sub Valentia-
no tertio Vithungos rursus in Rhetiam secundam, quae Vindelica prius dicta fuit,
& in Noricum incurſasse constat. Quod coniecturae huic fidem fecit fuisse eos popu-
los VVirtembergenſes, est id, quod Rhetios ad Meridiem, Noricos autem ad Ortum
ferē vicinos ipsi habeant. Verūm fieri potuit quod omnes hī eadem loca tenuerint.
Intuergi enim vox VVirtembergo haud dissimilis est, ac possibile est VVirtin-
gingenſis oppidi incolas fuisse. Vithingos autem VVendingenſes fuisse eadem nomi-
nis alluſio testari potest. Tectosages quoque huius regionis partē olim tenuisse aiunt.
eam gentē arbitratur Rhenanus Nicri ripam accoluisse, quo loco vetusta adhuc arx
visitur, quae Teckenſibus postea Ducibus nomē dedit. Tectē enim vulgo appellatur,
quae prima Tectosagum est syllaba. Hāc autem regio cū olim multas priuatas di-
tiones & Comitatus haberet, utpote Comitatus: Calroenſem, Tubingenſem, VVracē-
sem, Zabergoienſem, Kriechgoienſem, Helfensteinenſem, Zollerensē, Achellenſem,
Nifenſem, Herrenbergenſem, Gruningenſem, VVeringensē, Aspergēsem, quorū ferē
omniū successio per mortem deleta est, quaedam venditae, aut belli iure aliō translatę,
tandem eō ventum est, ut tot Dominia in vnum Comitatum VVirtembergensem con-
fluxerint, cum quibusdam ciuitatibus, quas post additionem Sueuici Ducatus, comi-
tes sibi vsurparunt. Fuere in hac etiam regione Ducatus Teckenſis, VVselingenſis, &
Schiltachenſis, quibus locis sui peculiare principes praefuere. VVirtembergensis au-
tē Comitatus in Ducatus fastigiū euectus est. Cū anno 1495. Maximilianus Rex con-
uentū Germaniae in VVormatiēsi vrbe celebraret, in quo Eberhardū Comitē VVir-
tembergensem solenni pompa Ducem creauit, tituloque Ducali auctis insignibus in
VVirtemberg & Tectē propria manu insigniuit. Complectitur etiamnum multos Comi-
tatus hāc regio, VVisensteinenſem, Helfensteinenſem. Boltringenſem ac cōplu-
res alios, nobilium penē infinitas sedes. Diuiditur autem in pagos, valles, seu govvas,
utpote: Zabergoiā, Kriechgoiā, Albam, Albuchum, Hertveldum, vallem Ko-
cheranam, Brentianam, Filtzianam, Nagoltanam, Rembsianam, &c. Regionis aer salu-
berrimus est. Ipse autē Ducatus veluti circularem habet situm, complectiturque ci-
uitates & oppida plurima, multa munitissima castra in editioribus montibus ac col-
libus sita, monasteria, villas, & vicos pene infinitos, praeter ciuitates Imperiales Eslin-
gam, VVilam, Reutlingam, Giengenam. Praestantiores autem Ducatus huius ciuita-
tes sunt Stutgardia & Tubinga: quarum hāc ad Nicrum sita, vbi anno Christi 1477
ad instantiam Comitē Eberhardi de VVirtemberg, & Montisbelgardi, autoritate
Romani pontificis, vniuersitas studij generalis est erecta. illa quoque haud procul à
Neccharo posita Ducum sedes est. Habent enim intra huius oppidi mœnia elegans
ac Regium penē castrum, sed in plano situm. Ager verò per circuitum ciuitatis ferti-
lissimus est, confitus infinitis venis, & vinum illius loci satis generosum ac celebre per
totam Sueuiam. Reliqua oppida quoque amœna fatis, ac pleraque arcibus & castris mu-

PA
N
T
S
R
H
N
I
C
O
N
F
I
N
L
A



BEATI PA
CIFICI

WIR
TENBER
GENSIS DV
CATVS
Auctore
Georgio Gad
nero

Hie stofft die
Churfürstlich
Pfaltz heran



nitissimis ornata sunt Vracum ad Amerum flu. Nirtingum, Kirchena, Heilbrona. Lauffena, pinigkheim, Aschpergus arx, Griënga, Martpachú, Canstadium, V Vaiblinga, Schorndorfium, Goppingium, Fiefen Abudiacum olim, Heidenheimium, V Viltpergium patria diligētissimi Cosinographi Danielis Cellarij ad Nagoltam flu. Herrenbergum, Rotenpurgum, Hechingum Iudæorum asylum, Balingum, ac complura alia, quorum nomina ac situm tabula hæc inspiciēti dabit Ora hæc fertilissima, ita vt cum optima Germaniæ parte certare queat, ac primas etiam obtinere frumenti, leguminum. fructuum nusquam vberior messis, vini ingēs vindemia Nicer etiam flu. vbique vitifer est, vnde vinum accolæ Niceranum vocant. Pisculenti fluuij sunt, inter quos facilè primas tenet Brentius amnis, qui nūquam, etiam gelidissima hyeme congelatur Ferinarum vberima venatio, qua tamen vulgo interdictum est, principibus ac nobilibus id iuris sibi vendicantibus. Sunt tamen loca quædam paulo rigidiora atque asperiora, vt pote quæ à glebæ duritie Hartfeldia dicitur, vbi aquæ etiam penuria laboratur. Alba ob agros Saxis ac lapidibus confitos, nimium aspera est. Martiani etiam nemoris pars sementem non nisi exusta prius gleba fouet. Nicer amnis mediam oram percurrit, & multis fluminibus acceptis, quorum præcipua sunt, Nagolta, Entius, Remifus, Kocherus, Jagusta, Filtzius, in Rhenum properantes: Brentius verò Danubio miscetur. Huius Ducatus montes sunt Alpes, qui ab albedine sic dicti creduntur, albis enim silicibus ac lapillis longè prospiciuntur, ac sepius noua sibi vocabula inueniunt, vt pote: Schera, Albuchus, Hanecampus, Hertfeldius, Hercynia, ac Martiani sylua regionem pluribus locis interrumpunt, suisq; nominibus discernuntur, vt Albuchius locus, Stubéthal sylua, Nigra sylua, vulgò der Schwarzwalt/Odenwalt sylua, &c. Minæras quoq; argenti hic Ducatus habet, haud procul à V Vildtbergo: ac dicitur Puelachium oppidum totum ferè ærifodinis superstructum. Ferri in Brentiana valle diuites minære, vbi etiam officinæ ferrariæ. Brentio amni vicinæ sunt Merckelstetten/quo loco ferrei fornaces conficiuntur, atque inde in multas distrahuntur regiones. Cupri etiam rubei iuxta Dornheimium minære sunt. Verùm illud quoque memoratu dignum, colligi iuxta Puechlachensem argenti fodinam lapillos quosdam elegantibus ac varijs coloribus, vt plurimum tamen blauio distinctos; vt videatur etiam Natura molita esse eodem loco gemmas producere. Vitæriæ etiam officinæ sunt non procul à Murhartensi cænobio remotæ. Thermarú præterea hoc tractu satis magnus est numerus. Ferinæ Thermæ. vulgò Wilsbäd: eas venator aprum persequens reperisse fertur. Cellenses etiam, ac fontium acidorum in


Seppingen/prope Buelachiam, vulgo Donawerbat. prope Tubingam, vulgo Steinacherbat/iuxta Villingam, ac alijs pluribus locis. Terminatur autem à Septentrione Palatinatu inferiore, ab Ortu Norico & Vnidelicia, à Meridie Rhetia, ab Occasu Batensi prouincia.




ALSATIA SVPERIOR. 29



Alsatiæ nomen quod Germani Elfas vocant, nō est vetustum vocabulum; cūm olim habitatores eius Tribochi & Tribores fuerint vocati. Sunt enim qui putāt metropolim Alsatiæ olim fuisse Argentinam, eamque exstructam à Treuirensibus, qui à principe Trebeta originem duxisse hætenus putabantur. Et cūm postea Treuirenses Coloniam deducerent in eum locum, quem hodie Argentinam occupat; dicti sunt Coloni illi à Treuirensibus Tribotes. Nomenclaturam verò Alsatiæ putant longè postea ab Illa fluuio, a in i mutato, exort: m, vnde & quidam eam regionem Illesals & non Alsals appellatam asserunt. Sicut rursus alij fluuium cōtēdunt vocatum Alsals. In libro militarium ludorum vocatur Edelsas, quasi nobilis sessio. Diuiditur autem Alsatia in superiorem & inferiorem. Superior quæ Sunggoiam contingit, habet multa dominia. nam haud procul ab oppido Than est ditio Abbatis Marbacensis, in qua sunt Vvatviler, Gebviler & alia quædam oppida: hinc sequitur Mundar, id est, Munus datum, quod includit, Sultz, Rubeaquum & multa alia oppida Episcopo Argentinensi subiecta. Huic dominio adiacet Landgrauatus in superiori Alsatia, nempe oppidū Ensheim cum multis villis. Is Landgrauatus peruenit ad ditionem Alberti Comitis Habsburgensis, patris Regis Rudolphi, circa annum Christi millesimum ducentesimum. Terminatur Alsatia ab Oriente ad Rhenum, & ab Occidente ad Vosagum montem qui Lotharingiam à Germania diuidit, extenditurque à Sunggoia vsque ad ciuitatem VVeissenburg. Euomit autem mons Vosagus plurimos amnes, qui per mediterranea deuoluti Rhenum petunt, præcipuus tamen Alsatiæ fluuius est Illa, qui totam ferè percurrit Alsatiam. Quam fertilis verò sit hæc prouincia hinc colligere poteris, quòd in hoc terræ tractu tam angusto, singulis annis tanta prouenit vini & frumenti copia, vt nedum cultores, quorum ingens est numerus, hinc necessarium habeant victum, sed superest tantū vt etiam vicini quique eorum abundantia fruuntur. Nam nobilissimum vinum quod apud eos crecit, continua vectura curruum, aliquādo etiam nauium, abducitur in Heluetiam, Sueuiam, Bauriā, Lotharingiam & inferiorem Germaniam, etiam aliquando in Angliā. In Sunggoia magna crecit vis frumenti, immò per totam Alsatiæ planitiem vsque ad Argentinam hæc frumenti vbertas inuenitur, vnde Lotharingiæ mōtes inhabitantes, Burgundia & bona pars Heluetiæ cibantur. In montibus & collibus decoquitur optimum vinum, & in plano prouenit frumentum, & arborum fructus. Habet quoque Alsatia in montibus syluas castanearum, habet montes turgentes minæris argenti, cupri & plumbi, præsertim in valle Leberthal. Habet præterea in montibus & vallibus nobilissima pascua, id quod testantur optimi & pinguisimi casei, qui in Munsterthal conficiuntur. Et vt vno verbo dicam non est in tota Germania regio aliqua, quæ in omnibus prouentibus Alsatiæ possit adæquari. nullus est enim iuxta montes in Alsatia locus ociosus, qui non habitetur aut sit cultus. Hæc tam parua regio aded humanis vsibus est dedicata, vt in ea inueniatur quadraginta sex ciuitates & oppidula, omnia muris cincta, quinquaginta arces in montibus & plano sitæ: villarum verò & vicorum non est numerus. Vulgares regionem incolentes & terram colentes miseri sunt: nam per singulos annos obligunt bona sua, nec quicquam in futurum seruant, vnde fit, vt tempore belli, aut quando frigore vel pruina terræ nascencia deuastantur aut pereunt, patiantur magnam penuriam. Iuuantur tamen pauperes ex publicis granarijs. Non habet hæc terra indigenas multos, sed maior pars sunt aduenæ, puta Sueui, Bauri, Burgundi, Sabaudi, & Lotharingi, qui cum semel regionem ingressi fuerint, non facillè hinc emigrant. Sueui potissimum ibi nidulantur. passim omnes ibi recipiuntur, qui colonis in terræ cultura cooperari satagunt. Circum Keiferspergū, quod sonat Cæsarianum montem, terra summam habet fertilitatem, vnde & cor Alsatiæ ibi esse perhibetur, inueniunturque ibi tria oppida murata, tanta vicinitate sibi ipsis iuncta, vt bombardæ tactu illa istam apprehendere possit, vocanturque Keiferspergum, Ammersveier & Konsheim. Ibi vinum in vasis magnis per adiectas prunas decoquitur; aut sepeliuntur vasa ipsa musto impleta in ipsis acinis & racemis expressis, quousque vis digestiua emoriatur in vino, manetque sic vinum dulce per totam hyemem, & deferitur passim in alia loca, habeturque in delicijs.




ELsas ist der vier Provinzen eine im Teutschland. Ist erstliche von den Babilonern bewohnt von S. Materno S. Petri Junger zu Cressen gläubt hinc ist das schönste thal in Germania seiner fruchtbarkeit und wu-
 ge halb. der Rhein laufft durch Rappacher of Basel gegenher da wirt er sich gegen Septentrion und thut sich das geland zu beyden seiten so runder und gar zu unabhafft gebirg das ein li Gallia schenkt heist das Wolgathen of Eng
 durn hat es die wald wüde pferat. Soes heren mander hat ee dard schales wald genudten selt in delfen erlich wird so castance müdeln und wüden. der Rhein hat gold silber lachs sündt der thal und alle Reine wasser und hoch so
 ler sicc. Es wirt getreid in drei theil. Sündt gar Ober und nider Elsas. In Sündt gar bei dem tempel S. Apollinari bei Julius Caesar nie. Aristoto der Teutsche König ein treffliche schlacht gerhan was die Römer für schlacht ee. (und
 aniere) geschahen in diesen lande. zeige die treffliche antwortten an. Seiner fruchtbarkeit wegen an huch. wenn Zeit und schiffen geht es vilt lande von dardunder Strassburg für die furnehmst gerechnet wird.
 Auf der Germanier scire strecht es sich von Basel bis an die Pfalz. die breite von Rhein bis an die Schwarz wald. die fünffte Landtschaft heist das Breisgau. und sind mancher Herrn. Grauw und potentaten zugehörig.






Ota olim Tribocorum regio, quam hodie vocant Alsatiā, tractus Argentoratensis fuit appellata. Argentoratum autē, vulgò Strasburg, olim mediocre fuit oppidum, hodie verò eminentissima vrbs est, habuitq; cernitē rei militaris, qui etiam Argentoratensis dictus erat. Quòd verò scribunt quidam, ante Iulij Cæsaris tempora in Argentorato cameram fuisse Rem. tributorū, atq; ob id vr̄bem eam Argentinam dictam, multi falsam esse putant, cum Romani olim Rationalem summam in Gallijs habuerint, & præpositum thesaurorū apud Treuiros, atq; illic etiā procuratorem monetæ: quapropter cum comiti Argentoratensi in stipendia militum pecunijs opus esset, aliunde haud dubiè suppeditabatur. Vr̄bem tamen hanc ab antiquo se imper celebrem fuisse constat, quin & felicissima illa Iuliani cum Alemannis pugna eam adhuc nobiliorem apud veteres fecit. Octo enim Reges Alemannorum coniunctis viribus, Rhenum cum Iuliano pugnaturi transenderunt, & apud Argentoratum, vbi castra fixere sua à Iuliano cædebantur. Fuit autē hæc vr̄bs primò tributaria Treuirensibus, deinde Romanis subiecta, tertio paruit regibus Francorum, hodie incorporata est Imperio, numeraturq; prima inter liberas ciuitates, abundat autē omnibus bonis, excellitq; in opibus cūctas Rhēni ciuitates. miram habens copiam vini & frumenti, vtpote quæ situm habet in optimo fundo, etiā si oleribus & radicibus ferendis accommodatior sit quàm vino producendo. Turrim habet elegantissimam, quingentos septuaginta & quatuor pedes geometricos altam. Occidentem versus Taberna vr̄bs sita est, vulgò Z. beren: sicut ex Turego Zuregum vulgò Zurch, & ex Tugio Zugium, fuit autē Taberna munimentum Romanorū ad prohibendas Alemannorum in Galliam incursiones, hodie ibi præfulis Argentinensis est domicilium & curia. Sūt qui Alsaticam hanc Tabernam à Iulio Cæsare cōditam tradant, qui taxauit in Calendario annum ad duas & quinquaginta Septimanas: dies verò trecentos & sexaginta quinque. conformiter enim mœnijs Tabernæ adiecit quinquaginta duas turres, atque murum discriminauit in trecenta & sexaginta quinque mœnia, septem scilicet inter duas turres ponens pinnas hoc in oppido & extra mœnia anno Christi 1525. occisa fuerunt aliquot millia seditiosorum rusticorum à Duce Lotharingi, spacio trium horarum, ac deinde post quadriduum idem princeps iuxta vicum Schervweiler, qui medio miliario distat à Selestadio, occidit iterum aliquot millia rusticorum. Haud procul à Taberna oppidulum quoddam est, & iuxta illud monasterium Maursmunster, institutum à Mauro abbate. Est & aliud monasteriū parum distans à Brocomago, cui à sancto Spiritu titulus est, quod dicitur fundasse Landgravius quidam Stephanus nomine, à quo etiam nomen accepit. Nam vocatur Steffansfeld, & corrupte Stechfeld, est in eo loco Brephotrophium, hoc est, domus in qua pueri expositi aluntur. Hinc Septentrionem versus Haganoa conspicitur, ciuitas anno Christi 1164. à Friderico Barbarossa muro clausa, in hac principes terræ morabantur quando in Foresto venationibus vacabant. Fundum habet circum mœnia arenosum, sed sterilitatem istam compensat ager fertilis, paulò longius à ciuitate semotus. Vterius descendendo VVissenburgum apparet, in signe & clarum oppidum, ad Vosagi montis radices, cuius per medium Lutra amnis interluitur. Huius loci tanta est vetustas, vt etiam apud nullos rerum scriptores eius origo reperiat. Hic Dagobertus Gallorum Rex anno Christi sexcentesimo sexagesimo quarto in signe ac regale monasterium infinitis extruxit sumptibus, illudq; monachis Benedictini ordinis tradidit. Distat ab Argentina secundū Rhēni cursum sex miliarijs Saletiū, vulgò Selst ibi Abbatia est ordinis Benedictini, instituta ab Adelheide Imperat. Ottonis I. vxore, Filia Rudolphi Regis Burgundiæ, quæ etiam sepulta ibi est. Est autem Rhēnus eo in loco auri valde ferax, quippe quod purum ex arena colligitur & conflatur. Clauditur autem Alsatia Boream versus iuxta Rhenanam ac montanam Tabernas, condiderunt namque olim Romani Tabernas tres iuxta Rhēnum, aut non procul ab eo, in quibus milites hyemauerunt, nempe Tabernam Alsaticam (de qua superius) quam hodie possidet Episcopus Argentinensis: Tabernam Rhenanam, cuius Dominus est Episcopus Spirensis: & Tabernam montanam, quæ vno miliario distat à VVissenburg, parètque duci Bipontino. Sed cum Ludouicus Dux niger arma mouisset contra principem Electorem palatinum, Fridericum scilicet, indignatus princeps Elector, spoliavit eum hoc oppido, anno Christi 1457. Sed quod deinde illi restituit, spe bona ductus, quod nunquam contra se ageret, quod tamen illo minimè seruauit.



Nomen Palatini Rheni, nomen esse dignitatis & officij credit Munsterus quod Imperatores instituerunt. Sunt enim qui aiunt primos Palatinos simpliciter fuisse nobiles, vsque ad tempora Ottonis tertij quando principes Electores fuerunt constituti: tunc enim maior dignitate eorum gradus fuit additus. Nec sine causa Electura non fuit commissa ducibus potentibus qui tunc erant in Imperio, puta duci Bauariæ duci Sueuiæ, Lotharingiæ & Brunsvicensi: etiam si Bauari temporum successu in familiam suam studuerint hanc dignitatem introducere. hodieque & Palatinatus & Bauariæ titulum habeant. Primus Palatinus Elector appellatus fuit Henricus, qui anno Christi 1003. diuum Henricum cum reliquis Electoribus in Imperatorem elegerit: Electionis verò prerogatiuam Palatinatui hac occasione contigisse verisimile est, ut honos is haberetur Caroli posteris ne decus hoc apud Saxones tantum esset, sed pars quoque eius ad Francos transmitteretur quandoquidem erant Palatini sub id tempus ex genere Caroli Magni. Terra autem hæc Palatini Electoris, præter pagos, monasteria & arces, continet vrbes pariter & oppida 48 quarum primaria est Heidelberg, in qua & principis sedes est. Nomen huic vbi datum putatur à gentium colonia; vocant autem Germani hominem gentilem Heyden/Huius loci situs admodum est amœnus, cum sit in fauce montium, vbi Neccharus (qui & Nicer vel Nicrus) ex montibus in planitiem egreditur; neque dubium quin locus ille semper, quàm diu Germania habitata fuit, ab hominibus cultus fuerit. Sunt alij qui contendunt dicendum & scribendum esse Edelberg, quod sonat nobilem montem alij verò Edelberg quòd imeros montes significat. Sunt qui Prolomaicam Budorim putant olim fuisse Heidelbergam; alij oppidum Manheim per Budorim accipiendum contendunt: nam situm est illud in confluentia Rheni & Nicri, vbi in Concilio Constantiensi Ioannes papa triennio incarceratus fuit. Est terra circa Heidelbergam omnium rerum ferax, vini boni, frumenti, olei, fructuum arborum & castanearum. Anno Christi 1346. Rupertus senior princeps palatinus fundauit Gymnasium Heidelbergense, vbi temporum successu in omni scientiarum genere multi docti floruerunt viri. Idem Rupertus (qui & Romanorum Imperator anno 1400. electus erat) extruxit egregium illud eadem in vrbe templum quod Spiritui sancto nuncupatum est, in quo etiam Sepultus requiescit. Præter cæteros item requiescunt ibi corpora doctissimorum Rudolphi Agricolæ, Sebastiani Munsteri & (qui meo æuo locum istum, celebrem reddiderunt) Guilhelmi Xilandri, Thomæ Erasti Zachariæ vrsini, quoque vsus sum Rectore Oliuerij Bocchi, illustriss. Princ. Friderici III. Hodierno autem tempore celeberrimi Gymnasij Rector magnificus fuit in adolescentia sua, Fridericus III. pala. Ludouici F. Friderici III. nepos: quæ nunc auito folio sedentem ac Palatinum leonem moderantem Deus Opt. Max. nobis diu saluum & incolumem conferuet. Distributus autem est Palatinatus in prefecturas quatuor quas Ampter sua lingua vocant. horum Metropoles sunt Heidelberg, Alza, Neostadium & Mosbachium. Bretta quidem oppidum mediocriter ad Saizim flu. patria Philippi Melanchthonis, summi liberalium artium magistri qui Portæ Herciniæ primo in literis versatus admodum puer magno illo Io. Capituou studiorum cursum moderante: primamque doctrinæ lauream Heidelbergæ, alteramque Turingiæ adeptus ætate 16. Sacrarum literarum explicator solertiss. seculi nostri ornamentum singulari, ac decus Germaniæ perpetuum futurus. Porro quod ad Comitatus huius fertilitatem attinet, nihil quod ad humanum victum necessarium est desideratur in Palatinatu. In montibus enim decoquitur generosum vinum, & simul in eisdem



IOHANNES REGINE OCCIDENS

Orient

Misera Germania communis

FLORENTISSIMVS RHENI PALATINA TVS

Coloniae Corp. excusit. sum. Palatinorum

isdem crescunt castaneæ: in pede montium pulcherrimi plantantur horti, & in planis agris copiosa prouenit seges tritici, siliginis, hordei, &c. Syluæ & montes referti sunt feris, potissimum cæuis, quin & incolæ plurimos in syluis nutriunt hircos, hædos & capras, eò quòd hæc animalia syluestribus potius delectantur saltibus quàm pratis. Præterea in Nicro flu. qui medium alluit Palatinatum, innumeri per singulos annos capiuntur pisces, magni & parui, maximè autem abundat barbonibus. Descendunt quoque per hunc fluuium continuè lignorum rates, ex Ottonica sylua, quæ ex Necaro in Rhenum deferuntur, atque omnibus ciuitatibus Rheni, à Spira vsque Binguū ad portas vsque deducuntur. Est Ottonica sylua regio syluestris & montosa, cultura quoque difficilis, licet in quibusdam locis amœnas & fertiles habeat valles in quibus satis frumenti colligi potest. Incolæ pro magna parte victitant ex pecoribus & quæstu lignorum. Inter VVormatiam autem, Heidelbergam, Neostadium, Crucenacum & Oppenheim magna patet terræ planities, habens agrum feracissimum vini & frumenti, nec est in linea Rheni post Sanggoiam, terra aliqua feracior frumenti quàm sit illa, imprimis circū ciuitatem Alzæam, siue Alzheim. Inter Spiram autem & VVormatiam factus est conflictus ille horrendus inter duos Reges, Albertum & Adolphū in quo Adolphus periit anno 1298. Vno à VVormacia miliario distat oppidum Pfeddersheim, vbi incredibilis vini copia quotannis prouenit, tantæ præstantiæ, vt Baccharacensi (cui primas peritissimi potatores tribuūt) nequaquam cedere perhibeatur, Anno Christi 1455 memorabilis ibi accidit clades, cum multi principes conglobati, quorum præcipuus erat Episcopus Moguntinensis, contra vnum principem Pal.

Fridericum, omnes ab ipso circumuenti cæderentur: Fuit autem Fridericus ille eius nominis primus vir strenuus ac militaris nec minori præditus iustitia, ac in multis Tullo isti Hostilio comparandus, vulgò der böse Fritz vocatus. Anno 1525. triginta millium ibidem seditionum rusticorum fusa est copia.




TVringi Saxonum populi, aut vt volunt nonnulli, ijs antiquiores multò Saxoniz coloni, nominis originem vetustate obscuratam habent. Hos Septentrionales populos fuisse asseuerat Beatus Rhenanus, ijsque ex locis sedibusque, quas Prussij, Pomeriani, Liuonijq; hodie occupant, prodijisse credit, ac Cheruscis cum Alemannis discedentibus, in eorum sedes migrasse, cum Toringorum Apollinaris meminerit, recensens eos inter gentes quæ Attilam secutæ sunt, Chonus, Bellonotus, Neurus, Bastarna, Toringus. Idemque Rhenanus locum Pauli Diaconi, vbi Turcilingorum, seu Tungrorum mentionem facit, sic censet legendum: Turcilingi siue Turingi V Vendos Sorabosque nonnulli vocatos credunt, eorum olim imperium ac limites ad Mœni ripam & ultra extendebantur. Verùm cum rixarum finis non esset inter hos ac Sueuos, aduocatis Francis Germaniz inferioris ad Rheni ostia populis, retrocessere, hosque admissos tanquam vallum aliquod inter se ac Sueuos collocauerunt, Althamerus existimat in Hermundurorum & Cattorum hos sedes immigrasse, dicit enim vltra Salam Hermundurorum, citra autem Cattos confedisse, ac pro Sala potius flu. pugnasse, quam pro Visurgi. Toringicum igitur ad Hartonem nemora accoluisse Cattos, quibus pulsus alioue profectis, vt pote in Hispaniam vbi Cathaloniam condiderint, ijs Toringos ac Hessos successisse, qui etiam nomen suum Cattorum regioni indiderunt. Populos atrox, durus, minaxque in hostem, corpora viris procera, robusta, ac proportionata. Regio populosissima, quæ Regibus olim suis paruit. Hodie Comitatus prouincialis, vulgò Lantgrauij dignitate contenta est. Ciuitatem, vrbemue habet metropolitanam Erpfordiam seu Erdtfurdiam. Nomini occasionem præbuisse ferunt eiusmodi casum: Fuit in eo loco vbi nunc ferè est templum D. Andreæ, Villa cognomento Schildemoda, ad hanc transitum seu passagium, vt vocant, habuit celebris quidam molitor in Bruleto eiusdem oppidi monte, per Ieram ibi stagnantem illi molitori nomen fuit Erf, inde vrbem totam Erffordiam, quasi dicas Erfsfurdt appellatam esse ferunt. Furdt enim vadum incolarum lingua dicitur, cum Bicurgium alioquin diceretur, vt nonnulli ex Ptolemæo conijciunt. Eadem & Germaniz propemodum totius vrbs maxima cœsetur. Hæc Episcopalis olim erat, Bonifacio (vt aiunt) Germanorum Apostolo conditore. ea dignitas, deinde Moguntiam translata dicitur. Celebri etiamnum literarum Gymnasio floret, quod anno 1392. ibidem conditum fertur. Ecclesijs aliquando parochialibus circiter 25 eximie ornata erat. Iera flu. vrbem perluit, eamq; à fordibus purgat. Adiacens etiam ager nulli fertilitate secundus, habet & Franckenhusiam, Sunderhusiam, & Sangerhusiam, Armstadium, & Salfeldiam, vrbes haud mediocris fortunæ. Mōtibz vndeque circumfusa regio, intus ager campusque planus, vrbibus caltrifq; mirè exornatus. Gleba fertilis frumentorum omnis generis & leguminum etiam fertilissima, obsoniorum quoque ac fructuum vix quicquam desiderat. Si vnum demas, quod etsi ibidem non nascatur, tamen aliunde quo ad necessitatem inebriari possint, importatur. Mātīm herbam tinctoribus vsitatam affatim producit. Fluminibus irrigatur regio quam plurimis, eorum verò nobiliora sunt: Saltza, V Verra, & Vnstrut. ignobiliores autem: Ilmus, Iera, Leine, Or, Halbe, V Vipper, Sorseng, V Veita, & alij fluuioli ignobiliores. Syluis etiam hinc inde conspersa est, quæ Hercyniz portiones sunt, ac Thuringica sylua (à Ptolemæo Semana sylua dicitur, & Bacensis sylua, & Harto) latè nota, Haynich, Hainseite, Finne, cum alijs nonnullis. Montes etiam minrarum fœcundos inesse testatur Herodotus, auri argentiq; venis diuites, qui prope Braitenborni-

THVRINGIA
 Comitatum Prouincialium
 Romani Imperij secunda, terra
 fecundissima, et ciuitatum pago-
 rumque refertissima, in medietate
 pene Germaniae sita.

Thuringen

Thuri in Thuringia




bornium ac Schvartzenburgum reperiuntur. Franchusia etā diuites salis minæras
habet Hæc Saxonie prouinciæ inter Fracos VVestphalosq; sita, Bohemos Saxoncsq;
ad Ortū, Sueuos ad Occasum, Rhenenses ac VVestphalos ad Septentrionē, ad Græcū
ventum Mansfeldiæ comitatum: Francos Bauarosq; ad Austrum habet. Longitudi-
nis autem eius initium est ab Occidente à 27. gradibus 42. longit. vbi est Cruitzbur-
gum finem autem facientem Orientem versus sub 19. gradibus 15. minutis longitudi-
nis, vbi est Naumburgum. Ab Austro autem latitudinis initium facit à 50 gradibus
& 53. minutis, vbi Salfeldia sita est, & in Septentrionem porrigitur ad 51 gradus, & 39.
minuta latitud. vbi est Eislebia ciuitas. Est ergo iuxta finem 8 Climatis, quod est per
mediam Mæotim, vsque ad principium noni, quod est per Agrippinam Coloniam.
Ita vt parallelus eius Australior sit 18. ac dies ibidem prolixior horarum 16. cum qua-
drante. Borealis autem 19. vbi dies prolixior horarum 16. cum dimidia. ita vt latitu-
dinem habeat (hoc est. ab Austro in Boream) miliarium Germanicorum 13. Itali-
corum autem 5. latitudinem autem ab Occidente in Orientem mili-
arium Germanicorum 14. cum dimidia. Italicorum ve.
rò quinquaginta octo.





Bruno Ludolphi Ducis Saxonie filius, & patruus Henrici Aucupis Regis Rom.
 insignie nomen reliquit vico, quem ille primus inchoauerat, qui ex illo dictus
 est Brunonis vicus, aut potius finus, qui lingua Saxonum vocatur VVijck, ho-
 die tamen communiter appellatur Brunsvich (tenui in asperam mutata, cu-
 ius etiam paulo ante mentionem fecimus in Hassia.) Est autem vrbs ea Du-
 catus Brunsvicensis metropolis, qui ab ea nomen quoque suum adeptus est,
 & magna admodum, populosa, moenibus ac fossis munitissima, turribus ac
 propugnaculis firmata, decorata magnificis domibus, præpositis plateis, am-
 plis & ornatissimis templis, per quadrum tantum ferè habet longitudinis quantum latitudinis,
 complectiturq; in suo ambitu duo millia passuum. Est aliquanto maior Noriberga, & minor Erphor-
 dia. Ad Orientem habet diocesim Magdeburgensem, ad Meridiem Hartonicum seu Hercinum ne-
 mus: occidentem partem comprehendit Hildesheimensis episcopatus, & Septentrionem inhabitant
 Lunaburgenses. Hanc urbem perlabitur Ornaca amnis, cui origo sylua est Hartonica; duasque in
 partes ciuitatem scindit, omnem secum trahens immundiciem, varijs vndique pontibus cooper-
 tus. Tota vrbs in plano sedet, moenibus ac fossa duplici profundissima & aliquot in locis triplici,
 ac qualibet aquis stagnante munita. Vallum etiam inter fossas crassissimum ductum per circuitum,
 varijs arborum confitum generibus. non habet ciuitas aquam potabilem, sed communiter bibunt
 cereuisiam, Vini autem vsus charior est & rarior. Inter cæteras Ducatus huius ciuitates haud po-
 strema quoque erit Goslaria, quam Henricus I. pater magni Ottonis, urbium amator in formam ci-
 uitatis erexit. Anno 1051. Imperator Henricus 3. ingentibus regni florens opibus, urbem istam
 mirificè ornauit, quam de paruo molendino, vt aiunt, vel tugurio venatorio duo priores Henrici,
 & iste nunc tertius in tam magnam sicut hodie cerni potest urbem bono prouexerunt auspicio, in
 qua regale palatium hic Imperator magnificè extitit, & duas omnipotenti Deo congregationes
 instituit. Dicitur Otto I. Imp. apud Goslariam argenti inuenisse mineras, quarum magni fuerunt
 redditus, ex quibus Imp. duo construxit sacerdotum collegia, & regium palatium nobilis operis. Ab-
 utentibus autem ciuibus suppeditatis diuitijs, offensus Deus permisit puteum vnum corruere, quo
 casu mille homines & supra oppressi fuerunt. Et post illud tempus neque argentum neque aurum
 fuit amplius inuentum in eo loco sed plumbum nigrum. Perhibent autem metallum Goslariæ sic
 natum: Quidam nobilis homo equum cui nomen erat Ramelus, in monte ad ramum arboris alli-
 gauit. Is vngulis quibus ferreæ soleæ inductæ, terram quatit, verrit, atque ita reconditam plumbi
 nigri venam integumentis nudauit, non aliter ac Pegasus alatus aperuit fontem dum vngula ferit
 saxum, vt autem fons iste ex eo vocatur Hippocrene, ita montem incolæ Ramelum vocarunt, qui
 hodie maximè floret, atque admirabilem plumbi copiam suppeditat, Goslariæ tantum inuenitur
 galenæ & pyritarum, ex quibus plumbum nigrum excoquitur, vt mons quidam ferè nihil nisi ga-
 lena & pyritæ esse videatur. Ducatui huic vicinus & Halberstadiensis Episcopatus, itidem à metro-
 poli eiusdem in eo nominis sic dictus. Perlabitur autem urbem Halberstadium Oltemia fluius. in
 medio verò tumulus assurgit, in cuius cacumine planities est, duorum ferme stadiorum continens
 longitudinem, in cuius extremis angulis duo templa sic sunt, quorum alterum pontificale est. In
 medio latè patet forum, magnificis canonicorum ædibus vndique circum: & hæc pars vrbs voca-
 tur. Quod sub tumulo iacet, suburbium appellant. In monte nulla laicorum, vt vocant, habitatio.
 Carolus Magnus huius Ecclesiæ fundator habetur. Est circa hanc ciuitatem ager optimus, ferax tri-
 tici. Maturecentibus frugibus, culmorum altitudinem equo insidentem hominem ferunt excede-
 re. Magdeburgum fuit olim huius episcopatus Parochia; sed per Ottonem primum ibi Archiepis-
 copatus est erectus, & Halberstadiensis diocesis minorata. Fuit episcopatus hic primùm à Carolo
 in loco Salingstede fundatus, qui hodie Ostervvijck appellatur, & deinde in Halberstadium trans-
 latus.





LVNAEBVRGENSIS DVCATVS. 34

SVNT qui Lunaburgum putant ante multa tempora constructum à Romanis, ibique erectum idolum Lunæ, quod in eo loco stetisse dicitur vsq; ad tēpora Caroli Magni. Albertus verò Crantzius in sua scribit Saxonia, sub Hérico 4. arcē Luneburgēsem, sed nō oppidū extitisse. Otto Imp. erexit locum istū in Comitatu, adiunctis ei prædijs de terra Meckelburgensi. Deinde circa annum Christi 1235. Fridericus 2. ex Comitatu fecit Ducatum. Hanc ditionem vna cum dominio Brunsvicensi possederunt tres Ottones Imp. atque posteri eorum vsque ad Henricum Leonem, qui exurus Bauaria, Saxonia, & omni ditione sua, Brunsvicum & Lunaburgum retinuit. Salinæ vberriimæ atque ditissimæ apud Lunaburgum habentur, ex quibus multi monasteriorum Abbates, & multi Ecclesiarum prælati vitam quædam suauerunt. Fuit enim quæstus salis vberriimus. Has Salinas Lunaburgenses violenter viar paue- runt: ob quam rem à Nicolao Pont. Max. & à Friderico Imp. Aug. damnati fuerunt. Consulatus qui eius rei autor habebatur, autoritate Apostolica deiectus est: sed fauore Bernhardi Ducis Brunsvicensis pauld̄ postea in pristinum statum redijt: & qui nouiter Consulatum adierant, in carcerem conijciuntur: ciuitati rebeli & ecclesiasticorum bonorum rapaci sacris interdictum est, non tamen desunt qui rem Diuinā apud eos faciant. Vrbs est hæc minutissima, cincta fossis & vallis. habet figuram ferè quadratam, patens in longum passibus circiter 1450. & in latum nongentis. Fuerunt per circuitum vrbs maximæ solitudines, sed quæ nostro æuo pro bona parte coluntur & habitantur, Sunt tres parochiales Ecclesiæ in vrbe, inter quas S. Ioannis primatum habet. Sunt etiam tria in ea monasteria, inter quæ Cænobium S. Michaelis vetustius est & locupletius. Occupantur ciues & mercatores potissimum negotiatione salis, quod ibi in magna copia coquitur, & terra mariq; Hamburgum, Lubecam, & ad alia loca per circuitum distrahendū defertur. Cæterum Dux Ioannes abnepos Hèrici Leonis primus operam impendit Salinæ Lunaburgensi, quæ vsque ad eius tempora tenuis fluxit. at ille nouam aperuit longè ea quæ pridem fluxerat vberio- rem. Erat autem tunc annus Christi 1269. & prosperatum est opus in manibus eius vehementer. Prima origo huius falsuginis fuit haud procul à monte Calcario olim inuenta. puteo inclusa, viris fortibus qui aquam die noctuq; exhaurirent, deputata, atque ex æquo diuitibus & pauperibus distributa. Nec hîc in hunc vsque diem vlla vetustatis facta est immutatio. Durat adhuc antiqua columna, quæ sustinet trabem, cui adhæret magna vrna, aquam è profundis educens. Canales seu fistulæ per quas salis aqua deriuatur, pulchro ordine distribuuntur (sunt autem numero quinquaginta) ad singulorum casas, habetq; vnaquæque casa quatuor sartagine ex plumbo factas, quadrilateras, latas duabus vlnis, & transuersa manu profundas: quæ vsu detrita renouantur absque vlla liquefactione. Duabus autem horis sal concoctum & ex sartagine sublatum distrahitur in varias illius terræ partes. Produunt Saxonum historiæ Hermannum Biling agricolæ cuiusdam filium, natum prope Soltore in Lunaburgensi solitudine, valde magnum effectum apud Ottonem Imp. ob fidele ministerium, quod eidem Cæsari in Italia agenti, interim in Saxoniam partibus exhibuit. putantq; hunc Hermannum extruxisse arcem in monte Calcario, & fundasse prope eundem montem monasterium S. Benedicti, cuius filius Benno absoluit quæ pater morte preuentus non perfecerat. habebaturque tum arx illa inexpugnabilis. Erat illo tempore

iuxta op-

LVNAE BVRGENSIS DVCATVS, SIC DICTVS AB EIVSDEM NOMINIS METROPOLI, VBI SALINAE TOTIUS GERMANIAE EXISTVNT PRAESTANTISSIMAE. QVAM IN GRACIA ILLVSTRIS PRINCIPIS ERNESTI DUCI BRVNSVICENSIS ET LVNAEBVRG CONCOMITANTIS ET AD AVGVSTVM DELEGNATVM IOHANNI MELLINGERO HALLIENSIS, ANTE CELLENSIS MEDICI. ANNO SAL. 1595.

Johann Meyser
Auctore
Culmburg



AD LECTOREM
 Non tam optime lector te volo, multa et
 frequenter observatione quae Collesibus per
 fluctuationem inventam est 52. gradum et
 25. minutum, cui inquam hanc reliqua
 hinc tabula, structura inicitur.

*Si te corrigere vides, ut maxime terre
 Lunenburgae accere clara iustis,
 Quisquis tu hinc tabula praesenti lumina passis,
 Hinc age nunc oculis videri reuolue tuas.
 Vnde vides eius cernis sedesque de cornu,
 Vnde arces, pagos, flumina, rura, vides.
 Vnde nemorum tractus, nemorum cacumina, campus,
 Multa quibus segetis copia, fere, habet
 Mellinger hoc signis clarissimus, oculis idem,
 Cui merito gratias petisse et in refer.
 M. P. P. Wolfius Vindobona facit.*



**Uberschicht
 der ert.
 Stat
 Seckin
 Schles
 Edlitz
 Claußer
 Farn dorf**

Genevise Patate medice
 19
 Alana Germania
 Merides
 Herzogthumb

iuxta oppidum nomine Modestorf situm, quod alluebat amnis Elmenovv, qui & hodie per Lunenburgum fluit, molas agēs, multasque vrbi commoditates adferens, tandem in Albim exoneratur. Erat quoque ad iactum vnus lapidis à dicto monte sita Badovvyck, ciuitas antiqua, potens, & ob mercatorum in ea negotiationes valde celebris, sed quam Henricus Leo de exilio ex Anglia reuersus & à ciuibus vrbis non receptus, cum ipse secundum maternam lineam ab Hermanno Biling descendisset, & dominium regionis ad eum spectaret, subuertit, anno scilicet 1188. in die Simonis & Iudæ, ex cuius ruinis adiacentia loca, potissimum autem Lunenburgum plurimum fuerunt instaurata. Fundauerat enim Carolus Magnus in Bardouico Episcopatum, sed qui postea translatus fuit ad Verdensem ciuitatem. Hodie Bardouicus est vicus rusticorum, hoc nomine celebris quod abundet olerum hortalicij. abest autem parum à Lunenburgog, vocata olim Barderopolis. Deuastato itaque Bardouico, Lunenburgum cepit supra modum crescere in ædificijs, diuitijs, & mercimonijs, sicut & post aliquot annos Modestorf sub Ottone Imp. duce Brunsvicensi creuit in ciuitatem, quin & tota regio illa sub hoc Principe sublimata est ad Principatum, retinuitque nomen à burgo in monte extracto. Anno Christi 1369. post mortem Ducis V Vilhelmi multa nata sunt dissidia, & grauissimorum bellorum seminaria. vnde vrbs Lunenburgensis nõ parum fuit incommodata, maximè cum Magnus dux Brunsvicensis quædam permitteret quæ Senatus Lunenburgensis recusabat, quare Dux iratus exiit ciues priuilegijs suis, accepitque ciuitatis clauēs, & multas ex arce intulit iniurias. Anno Christi 1388. inciderunt quædam controuersia inter Duces Saxonæ, & Brunsvicensem, quæ facillè ad magnum creuissent bellum, nisi intercessione quorundam prælatorum & aliorum bonorum virorum sublata fuissent, & perpetua pax confirmata. Tunc etiam Bernhardus & Henricus fratres Duces Lunenburgenses confirmarunt ciuitatibus Lunenburgog, Hannoueræ, Vltzenæ, & toti regioni antiqua ipsarum priuilegia & iura, eaque cumulatoria reddiderunt. Suborta sunt deinde multa dissidia inter Duces & ciuitatem ipsam Lunenburgensem, sed quæ per comitia, transactiones & confæderationes rursus sunt pacata. Anno 1400. deposito ab Imperio V Venceslao, atque electo Ruperto principe palatino, fuit Fridericus dux Brunsvicensis & Lunenburgensis dum reuenteretur domum occisus in terra Episcopatus Moguntinensis, & frater eius Bernhardus captus, vnde graue triennale ortum fuit bellum, in quo Senatus & ciuitas Lunenburgensis in grauissima incidit debita. Hodie vrbs & regio

•mnis florentissima pace ac diuitijs, nec minus bonorum artium disciplinis.





Hassia quæ hæc nostro ævo Landtgraviatus titulo claret, ab occasu contingit Rhenum, & ab ortu Thuringiam atque Saxoniam, versus Aquilonem verò confinis est terræ Brunsvicensium, & pro parte VVestphaliæ. Vnde verò Hassia sic denominetur, certa ratio non habetur. sunt qui fingunt montem Hassionem, à quo nomen acceperit. Alijs verò placet Hessos seu Hassios ex Chattis, qui hanc regionem habitasse commemorantur, & in smutato, prognatos, id quod superioris Germaniæ dialecto admodum familiare est (tenues nimirum aspirare, & literam sibilare) cuiuscunque etiam seu linguæ seu dialecti primitiua fuerint vocabula, vt ex Taberna Zabern/ex Belgico water Wasser / gruten grüssen / meten messen / ic. ex by auff / maken machen / Aken Aken (proprie enim Aken quali aquen ab aqua dicitur, sicut etiam Rubeac Rubeach) Ruffach) Vnde adhuc est loci nomen Catten Elenbogen/gentis illius cõtestans vetustatem. Subortus est autem Landtgraviatus Hassiæ ex Landtgraviatu Thuringiæ, creuitque membrum super caput. Fuit enim Hassia olim tantum comitatus, subiectus dominio Thuringiæ, id quod probat liber Troneamentorum, in quo scribitur quòd anno Christi 1042. Ludouicus comes Hassiæ fuerit Hallis in iudo militari ibi celebrato, sed factus deinde Landtgravius, ascendit filia supra matrem. Habent & in hunc vsq; diem similia insignia, nisi quòd rubei tramites sunt transpositi. Notabis etiam, intra Mœnum . VVestphaliæ non tantum Hassiam contineri, sed & Rhingauiam, VVester v vadium, VVederaiam, comitatum Nassauensem, comitatũ Kunigsteinensem, Hanouensem, Eisenburgensem multaq; alia domina. Vrbes Hassiæ primariæ sunt Marpurgum seu Martispurgum & Cassilia seu Cassella Marpurgũ quidam sic dictũ volũt à Marte, alij aut à Marcomiro Francorũ rege denominatũ putant. Insignem in monte locatam arcem habet, quæ comitum prouinciæ istius sedes esse solet. Nec minus illustrem facit urbẽ Academia celebris, plurimorumq; doctissimorum virorũ in ea cœtus, & studiosorũ adolescentum turba haud exigua. In hac etiam clarissimi poetæ Eobani Hessi conduntur ossa. Præter cætera eaq; multa Landtgraviatus huius oppida, munitissimum censi potest Giessen, inter Fridburgum & Marpurgum sit. Producit regio ipsa colonis suis victum necessarium non quidem superfluum, sufficientem tamen. nutrit pecora, feraxq; est frumentis, non autem vini, nisi vbi contingit Rhenum, & iuxta ripam Lani fluuij Sylueltris vt plurimum est & montosa, ferarumq; , imprimis ceruorum magnã alit copiam, vnde & venationibus crebris terræ domini inuigilare solent. De regionis huius natura & conditione, atq; incolarum moribus extat carmen perbreue Helij Eobani natione Hessi, ex versibus gratulatorijs ob victoriam quandam Philippi Hassiæ Landtgrauij desumptum, quod hic subijcere non inconcinnum duximus. Poetæ autem verba hæc sunt:

Qualis Hyperboreum prospectans Thraca Booten
 Gradini domus ad Rhodopen, Hemung, niualem
 Circumfusa tacet, gelidis assuet a pruinis,
 Gignit in arma viros duratos frigore, quiq;
 Aut Hebrum, Nessumq;, bibunt, aut Strymonis vnda
 Talis & ipsa situ, talis regione locorum
 Et fluuijs, syluisq;, frequens, & montibus altis
 Hassia: natura similes creat alma locorum
 Ceu natos in bella viros, quibus omni in armis

Vita



ORIENS **HESSENLANDT**

ISENBERG
COMITATVS

WEDERAW

Herschafft

COMITATVS
NASSAW

SEPTENTRIO

MERIDIES

OCCIDENS

Scala miliarum

Hessenlandt vorzeiten ein Graeffschafft, nun aber zu einer Landgraeffschafft erhoebet ist. deren inwohner vorzeiten die Catti genennet worden. ist zum theil eben meiff aber bergisch. Sie ist allerdings zu auffenthaltung des lebens von roten fruchtbar. tragt aber keinen wein dan da sie an den Rhein stoffet. Marburg und Cassel sind die furnembste stett darinnen. deren die von wegen der Fuerstlichen hoffhaltung adelich. reich wird. jene aber ihrer hohen Schick haben einen heilichen namen und ruff bekombt. Gießen aber ist ein starke festung. Diese landtschafft gibt nach allem leblichen teutschen brauch gute fleisige haeren und vorwegen kriegleut.

Ioanne Drunco auctore, Nach
Quodo caelate, vud Joan Busen




Vita placet: non vlla iuuat sine Marte, nec vllam
Esse putant vitam, qua non assueuerit armis.
Quod si tranquilla vertantur ad otia pacis,
Otia nulla terunt sine magno vana labore:
Aut duro patrios exercent vomere colles,
Aequatosq; solo campos rimantur aratri,
(Namq; & planities segetum sacunda patentes
Explicat innumerat, & plena messor colonos
Ditat, & ipsa sibi satius est) aut ardua hylas
Lustra petunt, canibusq; feras sectantur odoris,
Venatu genus assuetum, genus acce virorum;
Aut leges aut iura ferunt, aut oppida condunt
Fortia, non solum bello munimina, verum
Qua deceant in pace etiam, oblectentq; quietos.
Quid sacros memorem fontes? quid amena viret aequa
Quid valles ipsis certantes frugifer acis
Vallibus aemonia? dulces quid vbiq; recessus
Musarum loca, confessu loca digna Dearum?
O patria gelidi fontes, o flumina nota,
O valles, o antra meum gratissima Musis, &c.




COMITATVS hic VValdecensis partem capit Hassiæ, eamque frugiferam, & varijs ac permultis fluuijs irriguam, quorum præcipuus est ac famosissimus qui Edrus appellatur, ipsusq; piscosus admodum est. quin & aurifer esse prædicatur. post hunc autem Dimilus, Tuistius atque Aris, quos Vrbs sequitur atque Ithrus. Vini ac frumenti ferax est hæc regio. Habet & argenti metalli argenti viui, plumbi & alumnis fodinas. Loca eius celebriora sunt vrbs **Waldeck**, cum arce in ea sita, quæ metropolis est regionis, vnde nomen suum comitatus adeptus est. post hanc **Altinchusium**. **Dudinhusiû**, vrbs **Landauia** cum adiuncta arce, ac ciuitas **Mergerhusia**, quæ similiter arce firmata est & decorata. in qua etiam Comitum sedes esse solet, duobus à **Valdecchia** miliaribus distans hinc & **Rhodena** vrbs cum arce sua, cuius venationibus crebris celebre est territorium. **VVetreburgum** arx est, loco admodum amœno sita, inter Tuistium videlicet & **Arim** fluuios. **Vildungia** vrbs est, Meridiem versus vnico miliari distans à **VValdecchia**; neque veteri tantum nouoq; discreta nomine, sed situ etiam atque loco. Apud eandem urbem multi sunt metallici, fodinq; permultæ, ex quibus magna vis auri, metalli ac ferri quotidie eruitur. fontes etiam acidos aliquot vicinia ista habet. præstantissima quoque cereuisia **VVildungia** coquitur; in tota namque regione haud ei similis reperitur. **Eisenburgum** arx est, cuius fundus, quemadmodum etiam **VValdungiensis**, auri ac ferri prouentu felix est. In eodem loco & lapides isti carbonarij effodiuntur, quos lithanthraces, Germanicè **Steintofen** vocant, non fabris ferrarijs tantum in officinis suis vtilis, sed qui etiam in domesticis focis lignorum ac carbonum vice esse possunt. **Eilhusium** Septentrionem versus tribus à **VValdeca** miliaribus distans, arx est, quod ad situm eius, spectabilis satis, quam Vrbs flu. mediam interluit. **Corbachium** vrbs est satis munita. **Neoburgum** arx est adiuncta ciuitate. **Ithra** arx est: **VVerba** autem cœnobium. Qui hanc tabulam primus descripsit & edidit, **Iodocus Moers** à **Corbach** duos nobilium ordines sub Comite **VValdecchio** enumerat, vnum liberum intra Comitatum commorantem; alterum tam extra quam intra Comitatum feudo Comiti astrictum. Hos ergo ordines, cum nihil præterea habeam; hic adnumerabo; & quæ illorum domus tabulæ insunt, indicabo; **Stemmata Nobilium liberorum** intra Comitatum sunt **Birmunt/Meissenburg/Sogreben/Zerzen/Volmerichhausen/Dalwig/Eppe/Rodehausen/Reen/Schonstadt/Herzinghausen/Twist/Hanytleden/Greisnar/Roman/Dorfelt**. **Stemmata feudatariorum** tam extra quam intra Comitatum sunt **Wirstein/Rnit esel/Spiegel/Ealenberg/Westfal/Eanstein/Walspurg/lebenstein/Wengerson/Meschede/Beinenburg/Papenheim/Wulst/Volckenberg/Juden**. Quod ad dignitatem officij Imperialis attinet, inter quatuor seruos seu milites Imperij Comitatus hic primus numeratur, sunt enim: **Waldeck/Hirten à Fulchen/Arnsperg/Rabonaw**. Ab Oriente Comitatus hic **Hassia** terminatur, à Septentrione **E-piscopatu Paderbornensi**, Occidentalior autem pars diocesim respicit **Coloniensem**.


COMITATUS WALDECK ACCVRATE DESCRIPTVS

Comitatus hic Waldeccensis partem caput Nisiava, eamque frugiferam ac flumis permixtis irriguam, quoru precipuus est Edrus satus piscibus, quon et aurifer esse predicatur. Vini ac frumeticifera nax est huc regio, habet et argentimetallu, argenti vini, plumbi, et aluminis sedmas finto s etiam acidu habet. Prope Eisenhu regnu arcem lapides isti carbonary quoque effunduntur. Dicitur hoc, a metropoli in ea ad Nisiava con fima sita nomen retinens, inter s Impery nobilitz primas tenet, habetq; sub se complures Nobilium ac Feudatatoriuu familiar.






Vestphaliam à Vesta dea sic dictam arbitrantur: namque nonnullis Germanorum cultam fuisse quidam asseuerant: VVestphalos ergo quasi Vestalios dictos esse. Malunt tamen alij à vento Occidentali, qui enim vltra Visurgim flu. Orientalem plagam occupant, Ostuali Saxones cognominantur, ab Oost vento Orientali, & Valen, quod Saxonibus sua lingua pullum equinum significat: hunc enim in militaribus Signis habuerunt. atas id nominis aboleuit in Orientalibus, & generalis illa Saxoniz appellatio permansit. Sic VVestphali qui citra Visurgim versus Occasum habitant, ab VVest Occiduo vento nuncupantur. Volunt autem nonnulli à Veldt (id est campo) potius quam Valen dici VVestphalos. Aiunt enim agrum Visurgi Rheo-que flu. interceptum VVestuel, cultores autem eius VVestuedingos appellari. Saxonu olim gens, quæ cum ob sui vastitatem variosque cultores in plures prouincias scinderetur, huic ob dictas iam causas id nominis contigit. Horum sedes Dulgibinos olim tenuisse conijciunt. Hinc Bructeros qui à Charmanis Angriuariisque eiekti, hinc secedentes in Sarmatiam concessere, & ad Baltheum mare domitis aut expulsis Vlmigeris confedere; Hodierni cultores robusti, procerique corporis, animi magni, bellicosi & ingeniosi deprehenduntur: vt proverbio dici solet VVestphalis plures astutos, subdolos, versipellesque, quam stultos gigni. Regio est ampla, spaciosa & capax, compluribus distincta dominijs. Ducatus continuit olim VVestphaliensem, VVesaliensem & Angriensem Angriuariorum vestigium. huius sibi principatum Colonienfis Antistes vendicat, Saxonumque principes Angriæ se duces esse dicunt. Monasteriensis autem Angriensisque tractus incolæ Colonienfium Episcopo parent, ipsiusque nobilibus, quorum ferè mancipia sunt, ac iugum durissimum sufferunt. Resident autem in vniuersa VVestphalia Episcopi quatuor: Bremensis nimirum, ad Visurgim in ora iuxta Saxoniam. Myndensis ad eundem amnem versus Thuringiam. Padebornensis (Teuterium Ptolemæo) ad Lupiam in Hassiæ confinibus. Monasteriensis in mediterraneis ad Amefim flu. Hæc autem prouincia Saxonum olim portio fuerat. Verum cum eius incolæ vnà cum Longobardis Italiam inuassent, ac tandem in patriam sedesque suas reuersi essent, Westwalen (vt quibusdam placet) dici cœperunt, ac in umbilico suæ regionis urbem ædificantes, eam Mediolanum vocarunt, vocabulo mutato ab Italiæ Mediolano. Asseuerant tamen quidam oppidum ibidem extructum aliquando Mymingrodt vocatum, quo loco Carolus Magnus Episcopatum constituit, ac deinceps monasterium ædificatum est, à quo vrbs nomen deinde mutata est suo amisso. Comitatus, nobiliumque sedes penè infinitæ, quarum præcipuæ numerantur à Septentrionis parte initio sumpto Bufactorum maiorum sedes Oldenburgenfis Comitatus ad Hontam flu. Hinc versus Ortum sequuntur ad eundem amnem & lacum Dum & Diepholtensis, Ridborgenfis, Rauenspergenfis, Lupienfis, Schouvenburgenfis in Angriensi Ducatu. in Meridie habet Comitatum Marchiensem Bructerorum antiquas sedes & Recklinchusen dioccesin. In Occid. habet Bentheimensem comit. Bufactorum minorum locum: ac in mediatullo Teckelnburgensem comit. Osnabrugensem Canoniatum iuxta Has flu. ac ibidem Lingense territorium. Regio pluribus urbibus exornata. ager ipse pecorum pascuis quam aruis lætior. Salis ac metallorum mineris minimè destituitur regio. Pecuariz enixè student, vnde & domesticorum animalium numerosissimos greges alunt: ferarum etiam affatim habent per Syluaru sufficientiã: cuiusmodi sunt. bat Hensterholt, & die Auert & Holtmarck; item Teutoburgenfis Saltus ad Lupiz ortum. Montes collesque plurimi vt Baenberg & alij. fluminibus paludibusque multis irrigua. Visurgi, Amefi, Glaz, Berckel, quorum fontes plerique hic reperiuntur. Vidrus autem, vulgò die Vecht ex Hassicis montibus (Abnozros Ptolemæus vocat) ortus, recto cursu per VVestphalos ductus, in Frisiorum confinibus mari Australi miscetur. Visaris itidè (die Weser) ex Meliboco Hassiæ monte ortus, cuius caput & fons VVerra dicitur, ac deinceps Bremenfem urbem petens, tandem Oceanum Germanicum ingreditur. Hanc regionem ab Ortu Saxoniz claudit: ab Occidente autem Rheo, flu. à Septentrione Frisia, Hollandia, Vltraiectens ac Trans-Issulano tractu, à Meridie Hassiæ montibus excipitur.



WESTPHALIAE TOTIVS DESCRIPTIO.
 Sebastiano Schrotto Sansbecano descriptore.
 Formis Joannis Bachsmacheri.





Odierna VVestphalia, vera ac vetus Saxonia fuisse perhibetur, cuius limites fuerunt Rhenus ab Occidente, Visurgis ab Oriete, Phrisia à Septentrione, & à Meridie Hassiæ montes, quos Obnobios Ptolemæus appellare videtur, ex quibus Amesis flu. oritur, qui Padebornâ & Monasterium mediam ferè prouinciam interfecat. & per Frisiam defluens fertur in Mare. Cum igitur latius extendantur VVestphaliæ fines, in hac tabella Monasteriënsis diocesis præcipuè ob oculos ponetur, itemq; Osnabrugensis cum alias quatuor sint Episcopatus totius regionis à Carolo Magno instituit, Monast. videlicet, Osnabrugënsis, Padelbornënsis & Myndënsis. In loco igitur Osnabrugësi habitatoribus satis frequenti Carolus magnus cum vicinâ VVidekindi arcem iam captam imposito præsidio firmasset, primam exædificauit in prouincia Episcopalem ecclesiã, cuiq; virû sanctû præfecit VVihonë primum eius loci præfulem, hominem gente & origine Frisiû. deditq; priuilegiû nouæ Ecclesiæ, vt vtriusq; ibi linguæ scholæ haberetur, præsentique doctores viri insignes eiusq; priuilegij tenor etiam nû extat. Monasterium autem tertia erat Episcopalis Ecclesia, quã erexit Carolus Magnus in meditullio regionis Myningrode dicto, loco qui postea ab insigni ibi fundato monasterio, Monasterium fuit denominatum, ordinauitq; ibi Episcopum Ludgerum natione Frisium, fratrem Hildegrini episcopi Halberstadiensis. Huius successor Hermanus dedicauit & consecrauit monasterium & ecclesiam trans aquas in titulum & honorem virginis Mariæ, quod breui monasterium ita excreuit, adeoq; factum est celebre vt nomen dederit ciuitati & Episcopo. Anno 1533. & 1534 in hoc episcopatu magna per catabaptistas orta est seditio. nam vbi fama percrebuisset ibi dominium habere catabaptistas, ingens eò malorum hominum affluxit colluies ac mox ipsorum processit coniuratio, vt etiam nullius potuerit comprimi auctoritate. Episcopus ergo vrbe[m] valido circumfedit exercitu. opibus Archiepiscopi Coloniënsis & ducis Cliuensis adiutus. Anabaptiste mœnibus inclusi audacibus eruptionibus lacesiunt hostem, vt nunc his nunc illis Mars prosper adesset, nihilq; penè aliud per menses sex ageretur. vltima Augusti. vrbsingentibus animis oppugnata, sed vrbans fortissimè resistentibus magna cum clade oppugnatores in caltra sunt repulsi. Hinc ciues inflati, Ioannem Leydanum Batauum, in summo quidem loco natum, verum forma, ingenio, facundia, audacia, fraude facinoribusq; præstantem, sibi regem, cui rerum omnium potestatem facerent, cuiq; quicquid opum, fortunarum aut annonæ supererat permitterent, constituere: hic fretus seditiosorum quorumq; expectatione pollicebatur sibi obsidione soluta, exercitu suo per totum orbem grassari. custodes corporis gramineo & cœlesti coloribus vestiebat, terrenã. sc. & cœlestem sibi promittens potestatem insigne ferebat, terrę globum duobus gladijs transfixum. prophetas qui dolos arte necerent, ad vicinas ciuitates emittebat. vxores duxit quindecim, quotq; voluissent permisit viris habere vxores, cetera omnia esse cõmunia. Mense obsidionis decimo, impetrauit episcopus auxiliares copias, vt vrbe[m] insuperabile[m] fame ad deditio[n]em cogeret. orta interea in vrbe seditione, obtruncauit rex 47. ciues, qui conatib. eius repugnabant. Mense 14. omnibus propè consumptis, cessatum communiter conuiuari, vulgus herbis & radicibus victitare, canes, feles, mures, glires in delicijs haberi, cum nihil superfuisset reliqui, quo miseram traherent animam, corium & pelles cocta[m] contusaq; panis haberi loco cœpit, atq; inter hæc rex mirabili impostura dememat pereuntes, vt non ante se perire credant, quàm perierint. vrbe

namq;




namq; tandem capta, nihil victore exercitu insolentius crudeliusq; venabantur absconditos, totosq; decem dies in cædibus vacabant. ludus erat iugulasse hominem. mulieribus parsum nisi quæ seditionis autores fuissent. Esculorum apud regem & regales tantum inueniebatur quantum ipsi & suis in tres menses suffecisset. autores calamitatis scelerumq; rex eiusq; primarij cathenis vincti circumducuntur per vicinâ loca. tandem 1536. in Februario reducti in urbem Monasteriensem, forcipib. candentibus lacerati, tribus ferreis corbibus inclusi è turri D. Lamberto sacra in memoriam æternam pensiles propendent. sicq; hoc regnum miserum est finem sortitum. Terram autem hanc Carolus Magnus primum ad fidem Christianam compulit. cæterum cum sæpius rebellarent, repetitoq; idolorum cultu Christi religionem spernerent, nec iusiurandum quouis modo aduerterent, vt metu pœnæ gentis temeritatem compesceret, occultos iudices instituit quibus potestatem dedit, vt quamprimû deierasse, aliquem comperissent, fregisseque fidem, aut aliud aliquod scelus perpetrasse, mox illum vbi comprehendi posset, pro arbitrio necarent: elegitque ad hoc viros graues ac iustos, qui plectere innocentes hæud ab re possent, degenerauit autem hodie hoc iudicium, & ad Scabinos (vt vocant) translatum, personas viliores, numero vbique septem, qui & ciuilia tractant negotia, solumq; de criminalibus permisâ potestatem habent. Regio est admodum frigida, vini & frumenti inops, pane vescuntur nigro, cereuisia potus est, vinum quod Rheno aduehitur, magno emitur pretio, eoq; opulenti tantum quamuis rarò vtitur Bellicosi indigenæ atque ingeniosi, Præfuli Coloniensi parentes, Commendantur autem iure pœnæ VVestphalicæ. Imò à Rhenensi oppido (quod 4. à Monasterio magnis miliaribus distans Amesi fl. adiacet) ad urbem vsque Monast. ager vtcunque amœnus ac fertilis: ab Orientali autem Frisia Rhenam vsque tellus planè arenosa, multumq; deserta. vt iter aliquando per Orientalem Amesis tractum faciens re ipsa compertus sim, non è digitis (vt aiunt) luxisse primum autorem distichon istud prouerbiale:

*Hospitium vile, gross Brodt / düm Bier / lange Wyle /
sunt in VVestphalia, si non vü credere, loop da.*



Treuerensis Archiepiscopatus à metropoli eiusdem in eo nominis sic dictus. vrbs autem ipsa cum Italia Viterbio ac Genua de antiquitate sua certat: vtraque enim totius Europæ se primam iactat. Dicitur autem Trebetus quidam, Semiramidis Assyriorum Regina priuignus, cum à nouerca ad concubitum sollicitaretur, quò matris conspectum ac conatum euitaret, postquàm sibi de comatu viaticoque prospexisset, conscensa nauì cum comitatu suo mari se commisisse, ac post longam nauigationem ei loco quo Rhenus flu. in Oceanum effunditur, appulisse. aduerso itaque Rheni flumine ascendisse, donec ad Mosellam amnem peruenisset. cumque istum locum quo Treueris hodie sita est, ingressus fuisset, regioque agris, pratis, amnisque irriguis amœnissima, montibusque quasi naturali muro munita arderet, illic inito cum socijs consilio, manere statuisse, qui condita ibi vrbe, eam de Principis sui nomine Trebetam appellauere. Illi itaque populi vrbe nomenque suum vetustum etiamnum seruant, vno alteroque tantum mutato elemento, vt pro Trebera Treuera nunc dicatur. quàm autem aute hoc sit commentum, vide Geographiam nostram maiore, vel saltem bellum istum Germanicum quem Memorabilia Mundi inscripsimus, in quo & verum eius etymon inuenies. Apud hos insignis olim cognoscendarum causarum curia populi Romani erat. Archiepiscopali hodie dignitate ac principatu, nec non & electoratus titulo clara est. Habetque ecclesiam metropolitanam Mediomatricis, Leucis, Virodunensibusque presidentem. Còrinet autem Treuerensis episcopi ditio Comitatus VVirnebergensem, Spanheimensem, Manderfcheidensem & Arburgensem. Baronatus item Rifferscheidensem, Rutlingensem, & Rheineccanum. Cum multas habeat egregiasque ciuitates, omnium tamen caput est ipsa Treueris, quæ ad delicias & amœnitatem situm habet aptum satis, siue montes & valles, siue flumina & riuos prata perlantes spectare velis. Montes Bacchico cultu virent. Ager satis hic est fecundus: omne genus piscis & ferinæ hic abundat. Mores hominum hic natorum plerumque tristes sunt, & ad melancholiam procliuës, sed tamen mansuescunt paulatim commercio extraneorum, & Stoicam illud supercilium còuictu quasi recreatur. Aufonius bene de Treueris meritis, alicubi de illis aptissime ait: Quin etiam mores & lætium fronte seuera Ingenium natura suis concessit alumnis. Aër frequenter hic est nubilus & pluuiosus, vt quidam huc accommodent cloacam planetarum: id tamen propter còuallam vbi nebulae suspenduntur, euenire satis liquet. In vniuersum Mosellanorum corpora laboribus mirè induruerunt, ac per montes aërios veluti capræ reptare & euadere spectantur. Palatium Treuiri est spectandæ antiquitatis. alix insuper moles adhuc extant, alix sub cœcis terræ speluncis sepulcræ iacent. Spectat ad hunc Episcopatum etiam Obrincani tractus pars, quæ paucis abhinc annis ad magnam fertilitatem est perducta; antea enim agrè produxit frumentum, nisi ager prius duobus aut tribus annis fuisset fimo tinctus ac pinguefactus. nunc verò omnia ibi satis largè proueniunt præter vinum, quod tamen iuxta aureum fluum, nonnullisque alijs locis crescit. Eyphalæ quoque potior pars huic Episcopatu subest, terra multum montosa & aspera, agerque præsertim in medio syluestris & squalidus, vnde præter auenam vix quicquam elici potest. versus Rhenum tamen & Mosellam fecundior est. Fluminibus autem irrigatur is tractus Kilo qui & Gelbis, Prumio, Vvro, Sara, Ahra, Sura, ac infinitis alijs ignobilioribus amnis, torrentibus, ac riuulis, qui omnes tandem Mosellæ, quæ Obrinca Ptolemæo dicitur, commixti ad Rhenum deferuntur. Montes quibus regio asperatur, Melibosi Abnobiq; portiones sunt, alicubi Ostlingus, alibi Hairicus dicitur. Syluæ autem partim VVestervald, partim verò Eyderwald qui & Eberswald vocatur. Lacus continet hic tractus binos, quorum alter iuxta castrum Vimen extat, tantæ profunditatis, vt fundus illius nulla mensura possit deprehendi, plumbo etiam ad 300. orgyas demisso. Alter haud procul abest à monasterio quodam dicto zum Kach; profundus & hic est; nec vllum riuum recipiunt, cum multos emittant. In hoc ad Abbatiam lacu lapides inueniuntur viridis, crocei & rubicundi coloris, vt Smaragdos & Hyacinthos mentiantur. Minerarum perè omnis hic tractus fecundus est. In Comitatu Spanheimensi haud procul à Trarbacho iuxta Hernsteinensem arcem æs cuprumque purissimum eruitur, à quo nullum segregatur argentum, ob idque ductile est, cum nullum ei admisceatur plumbum. Alio in loco prope Trarbach effoditur plumbi magna copia, quod sine impensis magnis depuratur. In Birckenfeldensi præfectura, pluribus in locis argenti venæ sese offerunt fossoribus. In dominijs Sleida, Cronenburg & Keila, in valle Heilenthal dicta, sũt ferri mineræ, vbi massæ & fornaces fusiles fiunt, qui vltra citraque per Germaniam transportantur. Thermæ ægritudinibus varijs salutare, vifuntur in Bertric, distantes à Motella selquimiliario.






COLONIENSIS DIOECESIS. 40



Stendūt authores quique populos inferioris Germaniæ, quam vocant Germaniam secundam, olim ante Christum natum vocatos Vbios, quorum metropolis, quæ hodie est Colonia Agrippina, dicta fuit Vbiorum caput. Habuerunt ibi Romani perpetuas stationes, gesseruntq; multa bella contra Germanos. Fecit & Iulius Cæsar pontem ligneum apud Vbios super Rhenum; quo facilius exercitum suum traiceret in oppositam Rheni partem, oppugnaretque Germanos. Deinde post aliquot annos extructa Colonia Agrippina, factum quidam commemorant pontem lapideum, sed à quo factus sit non constat. Hoc certum est, Brunonem Episcopum Coloniensem iussu Ottonis primi Imp. fratris sui, illum rursus ex fundamento diruisse, quia noctu committebantur in eo homicidia & rapinæ multæ. Cùm itaque Vbij huius vrbis prima iecissent fundamenta, dicta que fuisset Vbiopolis; longe postea appellata fuit Agrippina, à Marco Agrippa qui eam instaurauit, fuitque Cæsar Augusti gener. Post eum Romani multis annis eam urbem tenuerunt, vsque ad Marcomirum Francorum regem, qui eos circa annum Christi 400. expulit, denominauitq; Agrippinam Coloniæ, deinde Otto magnus Imp. eripuit eam Gallis, subiecitque Imperio. Anno Christi 1074. orta est Coloniæ magna discordia inter ciues & episcopum: quadam enim vice cùm vi auferre vellet episcopus mercatori nauem; ciuis commotus restitit, pro virili sua præfuit, totamque ciuitatem in suam pertraxit partem; episcopus verò post varias discrepationes & conflictus tandem ciues subito obruens, permittit militem suum grassari in vrbe, rapere bona ciuium, obtruncare quicquid obuium esset, & si qui residui manebant, cogebantur nouo sacramento se astringere episcopo, quando autem postea ab episcopi tyrannide erepta fuerit ciuitas, non vacabat nunc ex Coloniensium annalibus inquirere. Habet autem Archiepiscopatus Coloniensis sub se Episcopatus: Monasteriensem, Traiectensem, Leodiensem seu Tungrensem, Myndensem & Olnabrugensem. Ex altera ripa Coloniæ Agrip. Fl. Val. Constantinus erexit in terra Francorum Diuitense monumentum, id quod docuit tabula quædam lapidea quæ ibi aliquando fuit reperta, autore Ruperto Tuitiensi, hodie vulgus eruditorum locum istum Tuitium appellat. Marcellinus quoque meminit Diuitensium militum. Hoc Diuitense munimentum posterioribus seculis in usum cœnobij monachis Benedictinis cecidit, hodie autem dirutum iacet. Continet præterea Diœcesis hæc oppida & ciuitates aliquot egregias, utpote Andernacum, quod oppidum construxit, aut potius vetustum instaurauit Episcopus quidam Coloniensis, circa annum Christi 1120. Ammianus certè qui sub Iuliano Cæsare militauit, huius loci meminit, vocatque ipsum Antennacum, habet autem situm amœnum iuxta Rhenum & inter montes. Bonna sita est in planitie amœna, vbi montes Rhenenses qui a Bingio descendunt Rhenumque includunt, in planitiem euanescunt, Ptolomæus & multi alij veteres scriptores mentionem faciunt huius loci, atque ob id vetustate carere non potest. Sontina haud ignobile ad sinistrum Rheni latus oppidum ex publico telonio plurimas commoditates percipit, murum & lateritias habet eedes, incolas agrorum cultura sustentat; nam solum est omnis frumenti ferax: quin etiam arce munitur à sigifrido Episcopo Col. constructa. Brula in mediterraneis, non ita procul à Colonia & Bonna, haud ignobilis vicus, vsque ad annum Chri-



Anni 1298. nullius celebritatis fuit, donec Sigifridus 33. Col. præful, partim loci si-
 tusque opportunitate adductus, partim temporis diurnitate, in Colonien. acer-
 bitate quadam concepta, arcem muris, aqua, pontibus, cæterisque implacabili
 Marti necessarijs adeo munitam ibi construxit, vt anno 1118. Colonienfium, Boe-
 miæ Regis, multorumque Comitum in quartum mensem obsidionem sustinere
 potuerit, ab eo tempore optata atque perpetua inter Colonienfes Antistites, ipsa-
 que Remp. Agrippinensem pace firmata, Archiepiscoporum sedes & aula vt plu-
 rimum Brulam commendauit, anno 1491. pacificus Colonienfium Archipræful
 Hermannus Franciscanorū collegium ac templum arci vicinum in Brulensi hoc
 oppido construxit, redditibusque annuis donauit. Nouesium quod Marlianus
 Nussiam, Ptolomæus *Νουαίσιον* appellat, ciuitas est Vbiorum Rhenana, qua mar-
 lianus in Iuliacensi ducatu, Ptolomæi verò enarratos Coloniæ. diocæsis esse scri-
 bit. Tacitus Legnonum gentem, Vbijs proximam constituit, & in ea Nouesium
 propter eam tamen gentem propter menapiorum & Vbiorum potentiam nihil
 propriæ ditionis habuisse compertum est. hæc vrbs à primordio secundis Rheni
 fluctibus irrigata sinistrum situ latus irrigauit, donec fortuna minus propitia, al-
 ueum Rheni cursus immutans, nunc saltem deducta incolarum industria fossa
 alluitur. Templum hic est collegiatum Canonicorum & nobilium virginum so-
 cietate, multorumque peregrinorum frequentatione memorabili, Sancto Quiri-
 no nuncupatū, de cuius prima institutione hæc traduntur. Euerhardus comes &
 Berta vxor eius, nobilis matrona de stirpe Caroli magni regis, & Luthardus com-
 es, atque Berengarius episcopus Tullensis, eorum filij, constituerunt duas
 congregationes, vnam in Vvesel Canonicorum, alteram in Nussia Canoni-
 corum & Canonicarum, tempore Ludouici Regis, qui fuit filius Ludouici Pij
 Regis Francorum. Denique vrbs hæc celebris & magni nominis fuit ex eo tem-
 pore quo grauissimam Caroli Burgundi obsidionem per annum integrum for-
 tissimè sustinuit, is. n. anno 1474 vniuersam Vbiorum ditionem vel armis vel
 insidijs sub iugum mittere nitēbatur. itaque numerosa militum manu coacta, in
 Agrippinenses sedes prætextu restituendi Archiepiscop. Kopertum à suis exa-
 ctum, irrumpit, agros populatur, multas ad suas partes ciuitates, sed frustra, solli-
 citat. itaque Nouesium decem & tribus militum millibus, & ducentis exactissi-
 mis partim peditibus partim equitibus cingit, vt de gregarijs interim taceā, quos
 ad numerum duorum millium coegerat, 200. insuper tormentorum tractando-
 rum præfectos, fossores 2000. homines deterioris sexus 1500. nihilominus post
 varias vltro citroque clades, Burgundicus princeps solutis castris discedere
 coactus est, non sine magno sui suorūq; detrimento & infamia. Hodie
 autem vrbs hæc præclaris quondam celebrata triumphis,
 in cinerem & fauillam redacta iacet.



Iulia seu Iuliacum Ducatus insignis Germaniæ inferioris, à metropoli in eo nomen sortitus, eius verò nominis occasionem nusquam reperi. meminit autem huius Itinerarium Antonini. Veteres historiographi hoc loco Mænapios collocant ac Gugernos; ita ut quibusdam Iuliacum quod *Gulsch* incolæ vocant, à Gugernis, paululum immutato nomine dictum videatur. Sciendum tamen, etiam si superioris Germ. dialectu *Gulsch* dicatur nonnullis, qui Belgarum tenues aspirare solent propriè tamen Gulic (ut maior etiam Belgarum pars, imò oēs efferre solent) dicitur quasi Iulic, quod contra è pro Iuliac & Iuliac, loquuntur. Quòd autem I sæpius in G, & contra, ab imperitis prauissimè enuncietur. notum est nimium, dum ex Georg Iorg. ex Gaspar Iaspar corruptissimum etiam illud ex *A* egidius Iilis. & contra ex Ioanes, Geannes Ieronymus Gironemus faciunt; Sic Itali etiam ex Ianua Ienuam & porro Genuam fecerunt. Bonam quoque huius regionis partem Brueteri habitasse creduntur. Insuper & Eburones Iuliacensis ac Leodienensis ditionum partem tenuisse, ex historijs veterum, & præsertim Cæsaris elucet. Bergenensis præterea ac Iuliacensis ducatum confinia Teucteris habitata fuere. Fuit olim Iuliacensis ditio Comitatus, qui anno Christi 1329 per Ludouicum Imp. fuit sublimatus in marchionatum; ac deinde post 30. annos per Carolum quartum in comitijs Metensio. fuit erectus in Ducatum; id quod Cuspinianus sub titulo huius Imp. ostendit. Interea autem dum hæc regio comiti paruit accessit quoque comitatus Montensis, fuit comes Gerhardus simul comes Iuliacensis & Montensis. Successit ei in administratione comitatum filius eius V Vilhelmus; & hunc subsequutus est filius eius V Vilhelmus primus dux Iuliacensis, Montensis, & dux Geldriæ. Post eum potitus est rerum frater eius Rainoldus, factus dux Iuliacensis, Montensis & Geldrensis, eoque mortuo sine hærede anno 1423. nupsit relicta eius vxor affini suo Adolpho Bergenensi, qui factus est dux Iul. & Bergenensis seu Montensis, sed non Geldrensis. His autem sine liberis mortuis, factus est V Vilhelmus dux Iuliac. & Berg. genuitque filium nomine Gerardum successorem in paterna ditione. Genuit quoque Gerardus filium nomine V Vilhelmum qui anno Christi 1496. vnicam filiam suam tradidit vxorem ducis Cliuensis vnico filio, nomine Ioanni. Sicque tres ducatus Berg Iuliac. & Cliuensis in vnam redacti sunt ditionem. Genuit autem iste Ioannes filium nomine V Vilhelmum, qui quartum ducatum, nempe Geldrensem iunxit tribus prioribus. Sed excitato bello anno 1543. victus à Carolo quinto, spoliatus fuit ditione sua, ac deinde rursus ea certis conditionibus donatus, præter Geldriam tamè, ducta vxore filia Ferdinandi Rom. regis. Habet ducatus hic præter metropolim suam, plures etiam ciuitates & oppida; Marcodurum vulgò *Duren* ciuitas ex eo tempore illustrior & notior facta, quo grauissimam Caroli quinti obsidionem pertulit, secundum Tacitum Vbiorum olim fuit oppidum; & refert Munsterus quod suo tempore celebris fuerit propter diuam Annæ quoddam caput, quod ibi ostètabatur. illud (inquit) ex adytis templi sancti Stephani Maguntiensis, vbi negligètius colebatur, per lapidarium opificem, cum ego adhuc puer essem, furtim sublatum est. magna pecunia Romæ eam ob rem delitigata est, dum illi reposcunt ablatum, hi verò restituere nolunt. hæc Munst. Monasterium aut *Eyphalæ*. sic dictum à monasterio seu templo egregio, canonicorum collegio decorato, & quod in extremitate ista Iuliæ sita est vbi *Eyphalæ* iungitur. oppidum est amœnum inter montium conualles, haud procul ab Eruatis fluij fontibus hanc sequitur, Euskirchia, Berchemium Castrum quod à magnifico castro quo munitum est, nomen retinet, *Breienbroick*, *Gladbach*, *Dalen*, *Wassenberga* & multa alia. Erculens autem licet in meditullio penè regionis sita sit, Geldrensi tamen ducatu annumeratur. Arcium, castrorum ac nobilium domorum haud scio an vsquam in regione tam



IULIACVM
 Julic, oder Gulich,
 ein schönes Hertzogthum ge-
 legen im Niderlant, ist also gant
 von der hauptsache Julia oder
 Gulich so örmen lye. waber a-
 ber dieselbe de namen de kün-
 weis man nit wol. Insonlich
 ist dieses lant ein Graffschafft ge-
 wese, ist aber im jahr Chr. 1520
 durch Keyser Ludwigh zu einer
 Markgraffschafft verhöhet, in
 rber 30. jahr hernach vnder Ca-
 rolo Quarto vff dem Reichstag
 zu Metz zu einem Hertzog-
 thum erhoben. Dassel Gulich ist
 Dore in die furnemste stat dar-
 vns sehr nahelich worden, aus
 chers durch die erberung Caro-
 li Quinti, anders theils durch
 ein Sancz thnen haupt welches
 von Metz dahin entdragen
 und alda in hohen ehren gehalten
 wirdt.



Confinia Comitatuū Luczenburgen.
 et Limburgensīs

MERIDIES

arcta maior possit esse numerus; præcipuè ab ea parte qua Eysalæam contingit. neque mirum cum magna polleat nobilitate (quemadmodum & Bergensis & Cluensis ducatus (vtpote sunt Reuschenbergij, Palantij, Merodij, Quadi, Floërouij, Nesselrodij, Mœternicij, Binsfeldij, Virmundini, Horstiani, Bilantij, V Vachtëduncani, Veldbrugges, Frensi, Borfchidij, Hatzfeldij, Keteleri, & plurimæ præterea insignes equestres ac nobiles familiæ. In vicinia Colonienfis Diocesis, haud procul à Narsis fluuij capite, Baronatus cõspicitur V Vickradiensis, arcem habens munitissimam, Quadorum domicilium. est autem territorium illud feudum Imperij & liberum, priuilegijs ac libertatibus magnificis ab Imperatoribus Augústis munitum; quin & aulæ Geldricæ magisterium ad V Vickradianam domum spectat. In hoc porò ducatu sita est etiam magnifica illa & Imperialium primaria vrbs Aquisgranensis (Aquisgranum vulgò) Ista autem non Achen Sed æfen Germ. vocatur, quasi A quen. ab aquis seu thermis quas habet tota Germania celeberrimis. nil mirum igitur imperitos ac linguarum rudes Belgas quosdam, dum propriæ dialectus pertæsi, superiori inhiare student, in errorem sæpe rapi: si enim sua elocutione contenti fuissent, originem nominis non ab Interiectione dolentis Ach deduxissent; cuius derivationi vt aliquem colorem facerent, nescio quam fabulam affinxere. Quantum verò ad aulam vel Sedem Principis attinet, ea Dusseldorpij est, Bergensis ducatus metropoli, à Dussela amne qui eam mediam perfluit, sic denominata; idque propter loci, vt opinor, commoditatem & amœnitatem; cum alias Iuliacensis vrbs amplissimo, eoque inexpugnabili sit castro munita. Regionis aer bonus est ac Salubris; ager frumenti ferax; terra plana, minærarum sterilis. Fluminibus rigatur Ruera, Erfate, Narsi, Vormio alijsque pluribus ac ignobilioribus riuulis Orientali autem latere Rhenum, ab Occidentali Mosam respicit.



CLIVIA à metropoli eiusdem in ea nominis sic appellata, de ea vero hæc refert Munsterus. Eo tempore quo Cæsar Iustinianus rerū est potitus, anno scilicet Christi 711 fuit in regione Cliuensi, vnica domini illius terræ filia, Beatrix nomine, quæ amplissimam habuit ditionem, quin & Castellum Neomagus cum attinentijs eius erat illius. extruxit quoque castellum, & appellauit nomen eius Cleuam. Huic ergo nōmini rationem dedisse credibile est, cliuum seu collem, in quo sitū est castrum. vocant enim inferiores Germani collem vernacula sua lingua ein Cless. Aliam tamen nominis huius rationem affert Robertus Cænalis, de re Gallica lib. 2. perioch 3. Aiunt (inquit) eos qui hodie Cleuenses dicuntur, sic appellatos à clauis quas gestabant Guinenses iussu Rodolphi, quasi dicas Clauenses, qui clauas gestarent, nunc verò Cleuenses, prior tamen ratio probabilior est ac verisimilior. Cliuēsem verò ducatum Grinnes aliquando tenuere. qua Geldriæ vicina est: vbi Broenstēin vicus nominis vestigium retinere videtur, si modò non à viriditate nomen suum habet. Continet hic ducatus præter metropolim Cliuiam plures etiam vrbes & oppida: Rees opp. dextram Rheni ripam obtinet, ac paulò inferius Griet sinistram ripam. tuetur. hanc ex eadem parte sequitur Griethusum, in principio agri Batauorum, iuxta Lobeckam arcem, quam cursus extremitatem seu angulum dici volunt, loopenim cursum inferioribus Germ. sonat & eck angulum significat. ibidem Rhenus in tria exit cornua seu ostia. Griethusio in altera ripa opponitur Embrica, quam olim Asciburgium putant, vocatum, vbi egregia, & celebri gymnasio clara, in medullis fere regionis sunt Calcaria, Genapium & Goch Xanthum vrbs itidem amena in sinistra Rheni ripa, vetustatis & antiquitatis multum præ se ferens. quod testatur tophus lapis, incolis Toeffstein dictus, ingenti ibi copia collectus. dum enim arua aratro proscindunt agricolæ, magnos huius lapidis acervos studiose congestos Brabantis magno lucro vendunt, quo cementum ipsi faciunt, cuiusmodi nusquam alibi reperiri persuasum est, Darastr vocant: eo siquidem & aquæ ductus ac canales, nonnunquam & integræ penuria subterranea, vt ab aquarum eruptione tuta sint, & quicquid tandem solidum ac maxime obduratum cupiunt, collinunt: quauis enim calce indurata hæc materia est solidior, est autem lapis is subcinericius cauernosus ac durissimus, ex quo hic loci à Romanis aliquot insignes structuras, ædificia seu propugnacula erecta fuisse, quæ postmodum iniuria temporum vastata ac destructa sint, suspicio est. quòd ibidem non nascatur, verum aliunde importatus videatur. Cæpit idem etiam nuper effodi iuxta Neomagus, vbi aliquoties eius partes erutæ sunt forma quadrata quinque pedali: verum cum cauernosus sit lapis, ita vt characteres inscribi ægrè queant, iuxta reperti sunt lateres cocti, seu tegulæ, quibus Romana litera, monumenta quædam insculpta fuere: ijque vnica tantum linea recta ad pedem montis iuxta Meram flu. effodiuntur. vnde non obscura est coniectura fuisse ex eo extracta aut propugnacula quædam aut alia ædificia, quin ipsa etiam arx Nouiomagensis quam Carolus 5. olim restaurauit semidirutam, eodem lapide exstructa fuit. V Vefalia vrbs elegans, munita & populosa, aquis, propugnaculis & valido murorum ambitu adeo instructa, magnos vt spiritus incolis gignat: situ ad negotiationem opportuno excellit, vnde magnis & operosis ædificijs, opū affluentia, mercatura celebri, cæterisque fortunæ bonis, nostra memoria mirandum in modum excreuit. ad alterius superioris differentiam, quæ in sinistro Rheni latere cum vicina Bopardia Treuirensi Archipræsuli patet, V Vefalia inferior dicitur. Ex præterfluere Lippia fluuio comoditates haud pænitendas precipit, qui sinistrum eius latus aliuens statim Rheno consociatur. Cliuicam porrò hanc

V Vefaliam



VVefaliam Duces sui varijs diuerso tempore ornamentis, animis heroicis exornarunt: Eberhardus Comes Cliuizæ & Teisterbantizæ nonus (hic enim Teisterbantizæ Comitatus ad Cliuies pertinebat, cuius termini erant totum id quod inter Mosam, Vahalim atque Rhenum situm est, vbi hodie insignia sunt dominia) pius & iustus princeps collegium VVesaliense fundauit, anno 1225. Sub Arnolde 2. decimosextimo Com. Cliuizæ, Godefridus & Otto Comites Cappenbergenses Monasterium VVesaliense Virginû extra muros fundarunt. Teodoricus octauus, Cliuizæ comes 24 Rudolpho Habsburgensi Imp. militauit contra Imperij hostes, cui Cæsar cum vxore dotem dedit VVesaliam urbem, & castrum cum præfectura Ringenbergh, & villis adiacentibus, prodijt ex hac vrbe Arnoldus ille VVesaliensis. Græcus, Poeta, & historicus egregius. Non longe hinc Teutoburgû, vbi Romani cû Germanis conflixerût, hodie Deuspurg vocatur, multum vetustatis præ se ferens, habet etiamnum syluam ingentem, quæ à ciuitate nomen seruat, quemadmodum olim Teutoburgensis saltus non longè à Rheno fuisse describitur, vbi Arminius Germanorum dux Quintiliû Varum cum duabus legionibus fudit, signaq; Romana subterram defodit. E regione huius ciuitatis haud procul à Rheni sinistra ripa Comitatus Muers est, à primario, isti eo, oppido sic cognominatus. Ager vtrumque frumenti fertilis, pascuis letus, vinum non gignit, montibus non asperatur, vnde & miniarum sterilis est. Fluminibus rigatur Rheno, Narsi, Rori, Lippia, alijsque fluuiolis obscurioribus.



Belgici nominis ortum ipsa antiquitas obfuscat . quamvis conijciant pleriq; famatissimā huius regionis urbem provincias has suo nomine impertijisse , quarum ipsa tum caput extiterit , hanc suam fuisse urbem affirmāt Hannonij, eoq; constitisse loco , quo hodie Bauais oppidulum conspicitur , vnde se credunt Bellouacos , idq; oppidulum Bellouacum Casare appellatum : quanquam hoc alij de Bauais Picardiæ oppido intelligere malunt. Sunt qui dicunt à Belgio quodam eorum duce sic appellatam regionem inter quos & Berofus, ait enim. Belgiū à quo hi Belgæ nominantur, regnasse apud Celtas tempore 16. Regis Assur. Hunc Hannonij oppidi sui authorē fuisse asseuerant, ac Brenni socium, cum quo in Macedonas expeditionem faciens, Rege eorum Ptolemæo occiso, ipse quoq; tandem cecidit. Hodie itaq; sub Belgij nomine comprehenditur ea Germaniæ inferioris pars, quæ ab Eyphalæ montibus incipiens ad Oceanum vsq; Germanicum & Britannicum protenditur; cuius bona pars Catholico Hispaniæ Regi Philippo ac Belgij Ordinibus hodie subiecta est . Eiusq; extremæ provinciæ Meridiem & Occidentem versus sunt Hannonia & Artesia; versus Orientem verò & Septentrionem VVestphalia ac Frisia Orientalis; cum tamen olim latius extendēretur . Germani autem inferiores dicuntur, quod pro maiori parte lingua vtantur Teutonica. Incolas habet benè proportionatis corporibus, forma præstanti, commendandaq; scæminis, liberalis ac decens viris, licet nonnullis in locis præciores gignantur, vt Hollandis Zelandisq; : ac gloria bellica claruere plurimum, quam hodie loci commoditas in mercaturæ studio conuertit, vsq; adeo vt non viri tantum, sed & scæminæ negotiationibus incredibili dexteritate addicissimæ sint, cum à teneris mercari assuecant. quo fit vt viris nonnullis locis, vt pote apud Hollandos & Zelandos subinde vel feriari liceat, vel vaccis mulgendis insistere, scæminis ita viraginantibus vt nulla virilia pensa ab se aliena putent, Linguarum vterq; sexus Belgarum ita studiosus est, vt præter vernaculam pleriq; ternas, plures binas, singuli ferè vnâ addiscant linguam peregrinam . Literarum insuper ac artium , facultatum quoq; singularum doctissimos viros, rei q; literariæ rara ornamenta producit Belgia . mediocriter verò eruditorum etiam nusquam frequentia maior. Nec mechanicarum artium infimi sunt , eorumq; quæ vident celeres imitatores; nouarumq; rerum felices inuentores Typographicæ enim artis inuentionem primam Batauicæ vrbi Harlemono planè tribuunt, primam quidem præxin Moguntiaci concedentes. Colorum oleo temperatorum vsus , tabulas eo pictas ab æui iniuria vindicans, in Flandriæ Brugis ortus esse constat. Quin & primi chalcographi circa VVestphaliā in Marchiæ comitatu fuisse perhibentur F. V. Bucholt, & Israel von Meckenich/ horumq; alter opilio fuisse creditur. eos subsequutus erat Martin. S. (quod quidā Stock, quidam Schon legunt) isq; Düreri postea instructor fuit sub quo florere ceperunt Lucas Leydanus, Henricus Aldegrauer, Lambertus Suavius. imò totius Italiæ celeberrimum Cornelium Cortium Batauiæ Horna edidit. vt reliqua multa in varijs facultatibus excellentia ingenia Belgica præteream, quorum bona pars etiamnum florent. Nec modico lucro præter laneorum lineorumq; pannorum opificia ibidem nata, etiam sericarum ac holosericarum tellarum imitatores sunt seduli. Agriculturæ minimè etiam ignari sed & scientissimi, in hortorum cultura vix alia gens magis industria. Rei quoq; nauticæ peritissimi sunt, naucleris etiam Mathematicarum non ignaris . vnde Orbem penè vniuersum nauigijs suis

qui



que habent numerosissima, pererrant. raro etiam sauisimis tempestatib. obortis,
portui applicantes nisi itinere confecto, optato limite potiti sint, cum ob nauium
robur ac firmitatem, tum maxime experientiae suae in ea arte, ac laboris fiducia.
Territorium in vniuersum planu rarissimisq; monticulis collibusq; conspersum;
nisi vbi circa Lutzenburgij Ducatum, ac Namurcensem, & Leodiensem episcopa-
tum frequentioribus tumulatur collibus. Verum vt eundem locum non omnibus
beneficijs cumulat natura, ita alijs alioru defectus compensat. Cum enim incolis suis
alendis vix aegreq; sufficiat regio; loci commoditas ei inopiae opitulatur: ita vt per
Oceanum eius victualia conuehantur maiori vbertate ac varietate quam vsquam
genitum nascantur. ad omnes .n. ac praecipuas non Europa tantum, sed Asiae etiam
atq; Africae partes per Oceanum iter illis patet, quin & Indorum cum Orientalium
tum Occidentalium commercia ipsis prompta sunt. Vini in ea parum nascitur.
Thermas vix alias habet quam Aquisgranenses. nec minora multa habet. Sale
quem coquunt, multiplicant magis quam vt conficiant: nisi enim. Hispanicum ha-
beant, suum nunquam conficient. Plumbi cupriq; parum, ferri satis magnam co-
pia ex Leodiensis diocesis ferrifodinis ac Hannoniae nanciscuntur. Ex ijsq;
duabus prouincijs lithantraces proueniunt, qui per vniuersam Bel-
giam diuecti, lignoru inopiam leuant, gignit & Hannonia tria
alia lapidum genera, inter quae & marmor colore varie-
gatum, ornamentis aedificiorum ma-
ximè idoneum,



Geldria à Gelre arce seu castro, quod V Vicardus à Póthe vna cum fratre Lupoldo edificasse feruntur, nomen retinuisse dicitur: quamuis complures à Gelduba oppido, cuius frequenter meminit Tacitus, qui illud in Rheni ripa sitú affirmat, iam verò nulla sui reliquit vestigia, appellata credút, alij quoq; aliam nominis rationem referút qui narrant tempore Caroli Calui Imp. circa locum eum, in quo Geldria vrbs est, horrendam quandá ac venenosam belluam ipsq; locis ante id tempus nunquam visam cognitamq;, sub arbore esculo delituisse, magnitudinis immensa, sauitiaq; incomparabilis. hæc agros cáposq; deuastans, nec pecoribus nec iumentis parcens: ipsi etiam hominibus à quibus non abstinuit, vsq; adeo formidabilis ob inexplebilem voracitatem ac atrocitatem euasit, vt finibus suis cedere complures, seq; solitudinibus abdere coegerit. Duo verò cuiusdam à Ponthe eius credo de quo paulo antè mentio facta est, filij: partim vt sibi ipsis, partim etiam vt publico vicinorum commodo prodesse, miris technis audaciaq; incredibili belluam aggressi: post dubium variumq; certamen ac luctam, tandem superiores bellua euasere, eaq; interfecta, haud ita procul à Mosa fluuio, ad Narsis ripam in memoriam rei, arcem extruxere cui Gelra nomen fecere, voce ex continuo ac miserabili identidem repetito mugitu eius belluæ, quem, dum cæderetur, edebat, mutata Eius verò habitatores vetusti Sicambri fuere, quos iisdem quibus hi Geldrenses sedibus hæsisse, ex Sidonio poeta colligi potest, cum inquit: Sic ripæ duplicis tumore fracto Detonsus Vahali bibat Sicamber. Hi bellicosi, atq; armis mirum in modum addicti erant paulò ante nostra tempora. Hodie humanitatis studia maiore industria sectantur, mercaturæ quoque negotiationique insistent magna ex parte, reliqui mechanicis partim artibus addicti, partim agriculturæ ob soli benignitatem inhiantes, vberimos fructus consequuntur. Ducatus hic Culemburgensem & Burensem comitatus quoque complectitur: insulamque Velauiam, vulgò die Belaw. & Trans Issulanum tractum, in eoque comitatum Zutphanensem & Dominimontensem. Vrbes atque oppida circiter viginti duo in eo numerantur. Nouiomagus vrbs Imperialis, sita ad Rheni ostij, cui Vahali nomen est, sinistram ripam, quod ibidem latissimum habet ac profundissimum alueum, ac eouisque velo vtuntur nauigia, quæ ex Hollandia sursum aduerso flumine contendunt, quòd si inde ulterius progredi nauigio liberit, trahantur oportet. Ciuitas est præpotens, fortis, populosa, munita atque opibus abundans, dignitate fruitur vice comitatus, seu Burggrauatus, eique liberum est, sicut & reliquis Imperij liberis ciuitatibus, cedere monetam: cum Imperio in nulla alia re subiecta sit, quàm vt in eius agnitionis testimonium quotannis modicum aliquid tributi, mittat Aquisgranum, quod est Chirotheca puluere bombardico impleta. Ruremunda ad Ruræ fluuij ostium sita, vbi Mosæ miscetur, vrbs habitatore frequens, situ natura & arte munita. Hinc Zutphanium, à paludibus sic dictum, quas Vchnen ibi vulgò appellant, situm ad ripam dextram Issulæ fluuij, qui Rheni etiam ostium est, ac Plinio & Melæ Fleuum dicitur. Arnhemium, Tacito Arenacum, vrbs est florens vtcunq; ac primaria Velauæ insulæ, cuius territorium paludosum atque vliginosum, syluisq; confitum, quæ ferinarum affatim præbent venatum. Medium istud Rheni ostium præter pristinum quod retinet nomen, Lecca etiam atque Lycus appellatur, præbetq; piscium magnam satis copiam. Geldriæ finitimú est Trans Issulanum, siue prouincia Trans Issulana, Septentrionem versus, in tres diuisa regiunculas quarum quæ Issulæ vicina est, Issulanum vocatur, quæ trans Vidrum, quem Vecht,

vocat

En tibi, amice Lector, nobilis ille clarusq; Ducatus Geldria cum omnibus eius limitibus, multis nauigeris fluminibus abunde insignis, agrorum fertilitate diues presentim apud Batavos, quorum crebra fuit mentio apud veteres cum ob miram gl'ie libertatem, tum ob gentis celebratissima in armis Exteritatem, Jam recens ad exemplar eius descriptionis qua prae exuta est Roma per Mich. Trauers.



Johann Bilsenmacher excudit, Coloniae. Clemensbruck. Rons. Scherch. Boecholt. Vindict. sus quinq; pedes circ. Henricus Nagel fecit.

vocant, sira est, Drentum dicitur quæ verò VVestphaliæ proxima est, Tventa appel-
latur. Habet hæc prouincia vrbes mœnibus cinctas octo. harum omnium Dauentria
caput est, ciuitas ampla nobilisq; sumptuosissimis ædificijs ornata ac populosa, inter
Hanseatice fœderis ciuitates numerata: eius incolæ humani ac hospitales, vnde oriū-
dus geographus Iacobus Dauentriensis, quem præsens quoque Chorographia pri-
mum autorem agnoscit, qui cùm ciuis ac popularis sit meus, indecorum fortasse e-
rit, nimium huius vrbs virtutes à me prædicari, cùm etiam dudum copiosè satis hæc
descripserit reuerendus ille doctissimusque Georgius Bruin Agrippinas patriæ suæ
decus singulare, & quantum in ipso est, liberalium ingeniorum sedulus promotor.
Cùm autem Imperialis sit vrbs Dauentria, neque id moneta ciuitatis solùm testetur,
sed etiam quòd summam siue vltimam iuris sententiam ex camera Spirensi petere at-
que expectare cogantur, quo iure eam sibi vel Hispanus vel ordines Belgij vendicare
velint, nusquam cognoscere potui. hodie tamen planè libera, ac tota sui est furis. Huic
annumerantur Campena & Zvrollis, Naualia Ptolemæo, Imperiales itidè fœderisque
Hanseatice, suntque hæ tres perpetuo inter se fœdere sibi deuinctæ. Ager harũ regio-
num parus ac salutaris. Terra plana est ac humilis, montes rarissimi sunt,
ijdemque syluis saltibusque confiti. Ager est fertilissimus, & ad
quamuis culturam aptus, frumenti in primis ferax,
hinc pascuis fœcundus, vnde pecorum in-
gentes alunt greges. vinum autem
nequaquam gignit.



GRONINGENSIS AGER. 45

Territorium hoc Groningense, quod Orientali atque Occidentali Frisiam interiacet, septendecim prouinciarum Belgicarum vna est, & quatuor Occidentalis Frisiam statuum prima. Est autem Groninga vrbs ampla, natura atque arte munita & perpolitata, quæ legibus proprijs regitur, & ipsa iurisdictione obtinet, multorum vndique vicinorum sibi fœderatorum pagorum domina, viris armisque potens. Nomen autem Frisiam huic vrbi Grunium quendam Troianum dedisse quidam opinantur. Sed haud immeritò doctis atque acris iudicij viris suspecta sunt pleræque populorum & vrbiu originis, illæ præsertim quæ deducuntur à Troianis. Munsterus autem Francum dicit, non Troianum, sed & Troianus fuit, si Fraci verè suu genus à Troianis repetunt. Si autem pauperis scholastici coniectura etiam ponderis aliquid habitura sit (recipere tamen eam nulli suaferim) à viriditate potius Groningen dictam crediderim: cum nõ solum amœnis pascuis tanquam in campo viridi sita sit vrbs, sed insignia quoque eius videamus esse trabem viridiam in clypeo flauo. Per hanc urbem multæ, eò ingentibus canalibus, quorum maior pars artificiose manu perfecta est, ductis, atque defluunt. Quod ad bonarum artium studia attinet, vnus inter eruditos summi viri Rodolphi Agricola, laude claret. qui in pago non procul à Groninga vrbenatus, cuius summorum suæ ætatis vel ingenio vel doctrina, vel eloquentia par habitus: primo studiorum tyrocinio Louanij egregiè deposito, præter Græcas & Latinas literas omnibus artibus optimis Ferrariæ in Italia ornatus, sub Theodoro Gaza doctore clariss. demum Academiae Heydelbergensis professor, & disputationum factus moderator præsertim Logicarum: Commentario in lucem edito de Inuentione Dialectica sanè pulcherrimo atque elegantissimo: Philosophiæ Aristotelez interpres sui seculi princeps. Cui sub annum M.CCCC. LXXXV. Heidelberge mortuo, Hermolaus Barbarus Venetus, doctorum sui temporis hominum facile princeps, hoc elegantissimum tetrastichon posuit.

Iuuida clauerunt hoc marmore facta Rodolphum

Agricolam, Phrysijs spemq, decusq, soli.

Scilicet hoc vno marmis Germania laudis


Quicquid habet Latium, Gracia quicquid habet.

Cum autem hæc vrbs clientelis potens sit, separatam prouinciã constituit, & ob id titulum à suo nomine principi proprium attribuit. Hanc urbem & prouinciã Embdenfis Comes Georgio Saxoniam Duci, Caroli V. Imperatoris clienti, siue, vt nunc recentiores Iurisconsulti loquuntur, feudatario eripuit. Sed vbi eam tueri sibi atque retinere non valeret: eam ille Carolo Geldria duci, anno circiter millesimo quingentesimo decimo quarto tradidit. Quam rem Georgius indignè ferens, ita ab hac mutatione, & Frisiam moribus abhorruit, vt eam urbem atque vniuersam Frisiam prouinciã Carolo Quinto tanquam supremo Domino, nimirum Imperatori, anno M.D. XV. & ipse traderet. Inde nata inter Burgundos, & Geldros atrocissima bella, quæ demum inito contractu, consopita fuere. Inter cætera conuentum, vt dux Carolus ea prouincia, dum viueret, frueretur. post eius obitum verò ad Carolum quintum, tanquam ad Frisiam dominum, vel ad eius hæredes rediret. Sed hæc de re plura in Frisiam Chronico Lugduni Batauorum, siue Leydæ, anno salutis humanæ M. D. LIII. edito, inueniuntur. In hac prouincia Ludouicus Nassouia Comes Guilhelmi Auriaci principis frater germanus, tempore Ducis Albani administratoris Belgici, philippi

Hif.




Hispaniarum Regis nomine feliciter satis grassabatur, dum Dammum opidum, & alios quosdam huius prouinciæ vicos in suam potestatem redigit. Idem etiam fratris sui partes contra Hispanos Albanumq; secutus, bellum acre contra eosdem mouit, & victoria (Hispanis, qui veterani omnes erant, vnà cum duce fortissimo, rei que militaris peritissimo Arenbergico comite cæsis) ad monasterium illud Helligerlee dictum, est potitus. periit tamen in eadem pugna Adolphus Nassouius, frater ipsius. Vt Albanus deinde ipse, sumpto primo Bruxellæ de Egmūdano Hornensiq; comitibus, quos Gandau captos habebat, supplicio: collectisq; maximis copijs eò peruenerit, & Ludouici comitis exercitū: quòd is viribus, militum numero, cæterisq; rebus omnibus longè impar esset, fuderit & dissiparit, urbemque obsidione liberauerit. commissa autem fuit pugna illa anno salutis millesimo quingentesimo sexagesimo octauo. Sicuti vero vrbs hæc Georgio Saxoniz Duci per vim (vt supra monui) vrbs hæc erepta fuit: ita per nepotem eius Mauritium Nassouiz Comitem Guilhelmi Vraniensis filium, cuius auus maternus Saxoniz Dux Mauritius erat (gener namq; Mauritij Guilhelmus fuit) anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto armata manu, obsidione duorum saltè mensium, cum toto penè territorio recuperatur: frustra ei Carolo Mansfeldiaco & Verdugine resistentibus.



DE Frisici nominis origine, cum variæ & prolixæ variorum sint disputationes & opinionones, quas compendij causa hic recensere nequimus, relegabo lectorem ad perfectû Frisicæ gentis historicum Suffridum Petrum Leovvardiensem, Frisium, qui abundè factis hanc rem tractat in libello quodam hic Colonia impresso. A Frisone tamen duce quodâ ipsorum sic appellatos esse Frisones seu Frisios verisimilima est sententia. Viglius Zvrichemus vir vndiquaque doctissimus, natione Friso, affirmat Frisones nomen suum antiquissimum à seculis inde sibi vindicasse, nec vnquam, vti propemodum omnes reliqui Germanorum populi, id mutasse, eoque ab originum nomine sese insigniuisse, quod in tanta caducarum omnium rerum confusione, ipsi originis suæ nomen interciderere non sunt passi. Veteres itaque hi Frisij & sedem & nomen tuentur suum, quanquam nonnullis & Chauçi olim dicti creduntur. Fit autem id vel ex ignorantia, vel ex antiquorum geographorû scriptis haud probè intellectis. Chauçi siquidem non Frisij, sed eorum fuere vicini. at cum Frisij à Rheni ostio, cui Fleuo nomen est, ad Amasium siue Amesin vsque flu. continuo iuxta Australis maris & Oceani Germ. littora habitent; Chauçi iisdem trans flumen vicini fuere, tandemque abolito veteri vocabulo toti in Frisiorum nomen concessere, hodieque Orientales Frisij vocantur, quos hæc nostra tabula non complectitur. Ad eorum autem differentiam hæc nostra Occidentalis Frisia dicitur, quæ eadem vera & antiqua illa Frisia est, quæ sola iisdem sedibus nomen suum tuetur. Hi itaque VVigevvonum, id est, maritimarum & littoralium natio sunt, littora Germaniæ Aquilonaria tenentes. Gens ipsa ferox, robusti corporis, atque animi intrepidi, ad necem prona, & libertatis studiosa, exterorum peregrinorumque impatiens, castitatis amans, natos natalque suas incorruptas educant ad maturam vsque ætatem: nec matura sunt illis coniugia, vnde proles accipiunt robustiores, in grandiuscula corpora enascentes, potationibus plus æ quo addicti. Rei pecuariz magnoperè dediti, cum innumeros greges alant, ac boues omnium quos Europa habet optimos ac maximos ipsorum procreet regio. licet Anglia generosos gignat ita vt hinc in omnem propemodum Europam abigantur, vaccis etiam fecundissimis abundant. Equos bello aptissimos educat magis quàm gignit. Indies autem magis magisque mercaturæ se applicant: nauticæ etiam rei studiosi, piscationibus insuper plerique inhiant. Regio hæc in quatuor diuiditur status, quorum eminentior est Gruningensis, de quo præcedenti folio diximus, reliqui sunt comitatus de Oistergoi, comitatus de VVestergoi, & comitatus septem Saltuum, vulgò Seuenvolden, horumque trium caput est vrbs Leovvardia, opulenta & munita satis, hæc aulam forumque habet quo litigantium causæ cognoscuntur, dijudicanturque. Huic vicinus est Zvrichem pagus, Viglij Præsidis Bruxellensis natale solum. Doccum, Oistergoensis diocesis oppidum, hodie, olim potentissima erat ciuitas in stricto maris Australis, inundationibus autem frequentissimis ad inferiorem iam muled fortunam redacta est. Franichera diues & opulentum oppidum, in quo vt plurimum nobiliores homines degunt, quoddam perduellium sui principis (qui tum Saxonicus dux erat) obsidionem fortiter sustinuerit, vnde amplexo ab eo prærogatio, & priuilegijs præ cæteris Frisiz vrbibus ornatissimum: agrum habet, quemadmodum & vniuersa Frisia, planum ac pascuis fecundissimum, stagnis tamen, lacubus ac paludibus intercisum. Sunt & alia huius regionis nobilia oppida, arcibus castrisque, sicut hæc prædicta, munita. Ac vtunque salutaris est, nisi quantum paludum exhalatione infectatur, quanquam & id labis, si quid est, ventorum beneficio expurgatur. Maris fræuitijs ita obnoxia, vt Choro flante sæpenumerò periclitetur, atque dudum præterito 170. anno, Calend. Nouembris, non pecudam modò, sed & hominum ad myriades vsque iacturam fecerit, vnde & in hodiernum diem diluuium istud die Allerheiligen fluth vocatur. Obque has causas frumenti parum ferax est, inundationes enim annuæ, sementem aut extinguunt, aut per agros omnes dispargunt. Vineta quoque ob nimium frigus, ventorumque rigorem regio non patitur. Syluas etiam si habeat, tamen hæc sufficientes non sunt vt foco ligna ministrarent. His itaque natura subuenit procreata gleba illa pingui ac bituminosa, quæ vento indurata lignorum penuriam subleuet, eamque in tanta habent abundantia, vt & vicinis regionibus subuenire illis queant. Sunt etiam nonnullæ in Oceano vicinæ Insulæ ad hanc regionem spectantes, arborum tamen omnes, quarum incolæ ex piscatura præcipuè viuunt.





Hollandiam nonnulli dictam volunt quasi Holtlandiã, id est, terram lignosam; quod hãc olim syluis lucisq; horruisse persuasum habeãt. Probabilior tamen sententia est eorum qui Hollandiam dici asseuerant, tanquam terram canam seu cauernosam. Cui rei fidem etiam facere aiunt euentum, nõ ita pridem animaduersum: Ferunt enim prope Herlemum vaccam depascentem gramina in cauernam quandam incidisse, ac triduo post in maris sinu ei vrbi versus Orientem opposito, repertam esse vnde & prouerbialiter dici solet *Hollandt* / *Hollandt*. Hãc olim Batauia dicebatur, à Batauo Cattorum regis filio, qui cum adiunctis sibi eiusdem populi viris, ob seditionem a popularibus suis pulsus, terram hanc habitatore cultoreq; vacuam occuparunt. Cuius rei argumentum esse potest Catv vicus locus prope Leydam. Ducis verò eorum nomẽ retinuisse videntur oppida nonnulla, Batenberga, Batoburgum, Batuodurum, quod nunc *Wijckte Duersteden* dicitur. Nomen Batauicum etiamnum retinet insula ista intra Vahalim & Leccam posita, *Die Wetaw* dicta. Batauos ergo Hessorum Populares esse, primùm ex Tacito probari potest vbi inquit Bataui donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, seditione domestica, pulsì, extrema Gallicã orã vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupauere, quam Oceanus à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Confirmat etiam Batèberga Hessorum municipium, hanc Taciti sententiam, de quibus etiam Plutarchus hoc modo refert. Bataui sunt inter Germanos optimi equites, insulam habitantes quam Rhenus circumfluit. Regio hãc mirum in modum populosa, hominumq; diues vt plurimum procerorum veruntamen benè proportionatorum corporum. atq; animosorum, ciuilitate ac politia multum à maioribus differentiũ: exutis enim feris agrestibusq; moribus, placidi, iucundi, ingeniosi, benigni ac hospitaes sunt. Fœminę eorum elegantes, & in rebus omnibus gerendis magnæ dexteritatis Viriliã vt plurimum officia exequentur, præsertim quo ad mercaturam: vnde regionem peragrantibus triplo plures fœminę quàm viri obuiã sunt. Vulgus frequenter mercaturę rei pecuniariã, nauticę ac piscatoriã deditũ: ad voluptates autem aliquanto propensiores, ob rerũ omnium abundantia sunt. In domesticã supellectilis nitore palmam vni concedunt Hollandiã negociatores, quib; plerãq; Orbis pars peragrata est, Hãc olim suos reges, habuit, quorum meminit Suetonius in Caligula, cap. 44. Verũ anno Christi 863. à Carolo Caluo Francorum rege in Comitatum redacta est, eiq; præfectus est Theodorus è regio stemmate ortus, isq; primus Hollandiã Comes fuit, qua quidem dignitate adhuc fruitur. Regio hãc Nobiles siue equestres perpaucos hodie habet, vnde & in pauciores regiunculas distrahitur diuiditurq; Egmondensem tamen comitatum, Brederodensem seu Vianensem baronatum, atq; Ultraiectensem dicecesim continet. Quinq; præterea minores insulę eius Iurisdictioni parent, versus Meridiem positę, qua Zeelandiam prospicit, quarum nomina sunt Voorn, Gaurede, Somersdijck, Pierschille & Corendijck: præter soli fertilitatem nihil notatu dignum habentes. Negant multi inueniri regionem quę simili spatio tantũ oppidorum atque vrbiũ contineat, mediocri quidem magnitudine, sed incredibili politia. Dordracum quatuor fluminũ concursu in insulam redacta, qui anno 1421 abroserunt eam à continenti. Brabantię enim cohęrebat, ciuitas ampla, pulchra, opulenta ac præpotens, ædificijs elegantibus ac magnificis ornata. Herlemum omnium quę in Hollandia sũt vrbs amplissima, cui incolarum suorum testimonio Ty-

pographicae artis inuentio debetur, aiunt enim eius inuentorem ante perfectam artem morte praeventum, eiusque deinde seruum Moguntiacum profectum, vbi continuo exercitio ad perfectionem ars perducta est, vt haec alrix seu nutrix, illa artis mater sit: ante annos circiter octo et triginta Martini Hemscherchij pictoris arte claruit; hodie autem limatissimum Henrici Goltzij caelum illustrem ipsam facit. qua se fortem & Romanam contra Albani ducis obsidionem praestiterit, belli Belgici historiae etiam ab aduersarijs eius conscriptae testabuntur. Delphium quoque vrbs magnifica, in qua Guilhelmus Auriacus princeps perijt ac magnifice sepultus est, omni propemodum orbi notissima ex cereuisia quam incolae eius dulcissimam coquant ac distrahunt: in hac etiam indignè perijt doctissimus ac integerrimus ille Musarum cultor Cornelius Musius: ex hac oriundus quoque est nebulo ac impostor ille David Georgius, qui cum illiteratus esset, tanta tamen erat ingenij perspicacitate, vt sectam supra quam abominabilem condiderit. Leyda quam Ptol. Lugdunum Batauorum vocat, Lucae Leydani artificiosiss. pictoris & chalcographi natiuitate clara, ex hac quoque prodijt Ioannes Leydanus anabaptistarum rex. Roterodamum vel ob hoc clarum quod summum literarum decus Desiderium Erasmmum genuerit, quem hodie Basilea sepultum tenet, cum hoc, sepulchro eius inscripto, elogio:

*Hic iacet arte Plato, Cato vita, Tullius ore
Vermes corpus alit, spiritus astra petit.*

Amsterdamum autem, post Antuerpiam, totius Belgij emporium celeberrimum, quod quotannis appellunt classes ducentarum nauium ex omnibus Europae partibus confluentium. Enchusium atque Hornam vrbes, cum caetera, tum in primis praedium istud nauale contra Bossouium comitem illustres facit. Quantam nauium classem instruere Regio possit, vel ex hoc conijci licebit, quod Henrico Ranzouio teste, praeteritis annis intra fretum Danicum supra sexcentas Batauorum naues (quo tempore parum bene alteri cum altero conueniebat) Rex detinuerit donec voluntati ipsius satisfacerent. Quid si illis annumerarentur & caeterae per varias Orbis partes dispersae naues. Tanto autem butyri caseiq; prouenta claret, vt dicat Guiciardinus ex quatuor saltem pagis Hollandiae plus quotannis prodire lactis, quam vini Rhenensis eo peruehatur. vt interim piscium carnumque copiam praetereamus.






Vnde nomen hæc prouincia traxerit, haud obscurū fuerit vel illi qui præter eius picturam viderit nihil, quippe cū salo cingatur vnde-
 quaque. Huius autem Zelandiæ cū insulæ sint complures suis quæ-
 que nominibus insignitæ, easq; vix possibile sit separatim describere,
 eò quòd varijs inundationibus obnoxie vi tempestatum, cū locum
 tum formam, atque ipsos sæpe incolas mutant: eo quo commodissimè fieri poterit
 ordine describemus. Præcipue huius regionis insulæ sunt septem, reliquis firmiores
 magisq; cultæ, quarum si prius incolas considerauimus, eas deinde persequemur.
 Erat hæc terra Cæsaris ætate nil aliud quàm Batauiæ appendix, inculta, nec vnquam
 ad serendi vsu vomere profecissa, aut fossione subacta, sed æstuarijs ac paludibus
 impedita. Huius terræ primos incolas Olauus Gotthus & alij plures tradūt Cymbros
 fuisse: quare sic de ipsorum origine disserit Leuinus Lemnius: Constans fama est, at-
 que indigenis per manus tradit, à Gotthis & Danis hanc gentem profluxisse, præser-
 tim ab illa insula Cymbrica quæ in Dania Zelandiæ nomine inscripta est. Hi antiqui-
 tus Mattiaci dicti sunt, ex vulgata alloquendi consuetudine ac compellatione qua
 populares atque indigenæ inter se vsi sunt. Maet enim ipsorum (sicut hodie & Bata-
 uorum, Frisiorum ac plerumq; Germanorum maritimorum lingua) consilij, labo-
 ris itinerisque socium aut comitem sonat. Atque hoc etiam eos nomine Tacitus ap-
 pellant, cum inquit: Mattiacorum gens Batauis similes, nisi quòd ipsi terræ suæ solo a-
 crius animantur. Eius populi hodie inquilini ac indigenæ robusti, statura corporis
 liberali, feroces viribus, ingenio, solertia, verfutij, calliditate, fallacijs, captionibus,
 negotiandi peritia ac conquirendi industria ipsi etiã Batauis superiores. Maior verò
 pars rei nauticæ ac piscationibus dediti, qui ea sunt morum ac vitæ integritate, vt nū-
 quam inter illos vllæ contentiones, iurgia, similtates, dissidia exoriantur, nec magi-
 stratus vnquam (nisi in vrgentissimis causis) se horum cōtrouersijs interponit. In re
 domestica ac familiari omnia elegantia, nitida, exposita mensa frugalis, nec vnquam
 prodigaliter sumptuosa. In mercatura exercenda nemo non ciuium solers atque in-
 dustrius, lucri auidus, ad rem attentus. in tenuiores tamen atque inquilinos inopia
 pressos, liberalis ac beneficus. in cæteros hospitalis, comis, candidus. Nauticæ rei hi
 vix quisquam magis peritus. Cū autem tam numerosa multitudo piscatu se exer-
 ceat, ac paulò longius in Oceanum progressa, victum in mari venetur: si quando par-
 cè ac malignè piscari contingat, nullus vnquam horum se vexat aut excruciat, nec
 cuiquam malè precatur, sed omnia placidè perfert, meliorum spe atque fiducia. Re-
 gionis huius insulas Orientales ab Occidentalibus discriminat Scaldis flu. Orienta-
 les insulæ præcipuæ quidem tres sunt: Tola seu Toleta, à vectigali seu portorijs no-
 men sortita, quem indigenæ Tol nominant: hæc Brabantia contermina, exiguo tan-
 tum freto discreta est. Huic coniunctus est agger Martianus, vulgò, *Martins dijk* /
lo cus amœnus atque arboribus vndique confitus; in quibus maxima alitum, præsertim
 ardearum copia nidulatur. Huic ad Circium obuersa est altera cui Duuelandiæ no-
 men est, à columbarum frequentia. Hæc nullum habet oppidum mœnibus cinctum.
 pagos autem & nobilium domos aliquot complectitur. Huic rursus ad Fauonios ad-
 uertitur Scaldia seu *Schöwen* insula, nomine sumpto à Scaldi flu. quo parte sua Au-
 strina alluitur, cuiusq; ibidem catarrhactæ sunt quibus Oceano miscetur. habet hæc
 in circuitu miliaria septem, olim multò maior extitit, at hodie maris sæuitia diminu-
 ta, ciuitates duas continet, Bravershauiam in Septentrionali, & Ziriczæam in Au-

strati

strali insula parte positam. Occidentalium insularum prima atq; omniū maxima est
Suirbeuelandia, ab hac auulsa est ciuitas non ignobilis Romersv valla, quā nullis ex-
cultam agris, nullis exornatam pomerijs Oceanus vndique alluit, ita vt vnica Salis ne-
gotiatione subsistat alterum huius insule oppidum Borsele eadem tempestate peni-
tus oppressum, anno scilicet 1332. Huic in Boream Nortbeuelandia apponitur, cuius
oppidum est Cortkeene. hæc pro delicijs totius Zelandiæ habebatur, sed eodem an-
no insula integra ita mari absorpta est, vt eius præter turres nonnullas quæ ex vndis
prominent, nulla sint reliqua vestigia. Inter vtranque iacet *Wolffersdijck* / duos sal-
tem pagos habens. V *Valchria* autem ab Occasu æquinoctiali Britannia obuersa est,
in quam breuissimus est traiectus, & à qua parte primus in Oceanum ingressus quo-
cunque terrarum dirigi potest. vrbes continet tres, *Vlissingam*, *Metelliburgum* &
Camposeram, quam *der Beer* indigenæ vocant. De aeris autem Zelandici clementia
haud multa polliceri ausim (inquit *Lemnius*) vt qui in nonnullis partibus sit paulò
asperior, & quam vicinarum gentium, minus salubris, præsertim æstate, ob paludum
& stagnorum graues halitus, & quòd regio arboribus minus sit confita. Hoc tamen ha-
bet commodi, quòd contagioni ac pestiferis morbis minus sit obnoxius, ac ferius in-
ficiatur; at infectus immaniter in corpora hominum grassatur. Sal candidissimum
ciuium industria conficitur. Terra adeo fœcunda, vt bina iugera Zelandica
plus emolumenti cultori afferant quàm quatuor Brabantia.
Prata ac pascua habet lætissima, pecora fœcundissi-
ma. Ferinas autem vix alias præter
cuniculos habet.



Brabantiæ nomen vnde sit, variæ offeruntur opiniones. quidam à Brenno Britannorum cuiusdam regis filio qui Belgis imperasse dicitur. Alij à Bratu spatio quodam Bellouacorum oppido cuius Cæsar meminit. Alijs placet dicere Brachbant quasi Brachlandt, quod terram incultam ac sterilem significat, quod verum videri posset, nisi animaduertetur superiori Brabantiae parti, quæ lætos vtcunque agros habet, prius id nominis datum quam inferiori, quam Cæpestrem etiam uel Brabantiam, vulgò Kemptlandt vocant: qui tractus vsque adeo sterilis est, vtnò exiguâ cōiecturæ fidē faciat. Alij à Saluio Brabone quodam, C. Cæsaris ex nepte cognato, qui gigantem istum Druonem Antigonum ad Scladi ripam occiderit, quot tamen à sanioribus tāquam fabulosum, ridetur. Sunt qui à Godefrido Barbato Louaniensi comite appellatam regionem velint: coniectura frigida videtur, nisi fortè is vetus iam ac penè obsoletum id nomē reuocarit. Becanus ex vernaculæ linguæ dictione Braef siue Braue, & bant, quo vinculum seu fascia significatur, ac postea quoque signum seu vexillum, compositum esse credit. ita vt Brabantt quasi Brauabanda dicatur. Brabantia etiam Rhetia dicta est: Tongri longè antè Cæsarem è veteri Germania Rhenum transgressi, in Gallia Belgica agros Rheno propinquos occuparunt, eoq; tractu confederunt. vbi hodie eius nominis oppidulum Tongrien veteris populi vestigium superest in Brabantia. Tongri hi fuere antiquissimi Belgarum, & ij qui ex Germanis oriundi, primi sibi Germanorum nomen usurparunt, teste Cor. Tacito. Hæc igitur Germaniæ secundæ pars frequentior facta, ob portuum commoditatem vrbes istas, quas illic nostra ætas maximas videt, modicis vicis ad istam visendam amplitudinem opulentiamque intra quingentorum annorum spacium, paulatim perduxit. Argumento sunt quod mediæ ætatis scriptores Gandauensis pagi & aliorum mentionem faciant quos iam videmus vrbes capacissimas atque ornatissimas esse. quin & hodie viuunt qui terque quaterque ampliatam viderunt Antuerpiam. Circa Louaniam Grudios & Leuacos populos habitasse ferunt. Ducatus priuilegio gaudet Brabantia, ac continet etiamnum in se dominia complura: vt pote S. Imp. Marchionatum Antuerpiensem, & Bergensem, agrum Hornensem & Kesselanum, comitatus Hochstratensem ac Megensem: Dominia Mechliniense, Bredaense ac Rauensteinense, & si quæ præterea. Brabantus hilaris, festiuus, ridiculus, in scenicis comicisque moribus immodicus teste Lemnio. Eius populi hodie humanissimi ac festiuissimi, vt plurimum tam mulieres quam viri mercaturæ vacant atque ita scientiarum, artium & linguarum studiosi sūt. vt vix videre sit familiam quæ non duas, tres pluresue diuersas linguas exactè loquatur. Vires nobiliores sunt Bruxella, ducis sedes. Louanium celebre literarum atque artium emporium, à Ioanne Brabantiae duce fundatum, circa annum Christi, 1422. in circuitu habere dicitur intra moenia miliaria Italica quatuor. Antuerpia, vt illud artium, ita hæc mercium variarum famatissimum per orbem omnem emporium, Scaldifluuio, quem Tabudâ Ptolo. vocat. ponè positum, qui tâta est profunditatis, vt etiam altissimis ex Oceano ascendentibus nauibus ad vrbe[m] vsque ingressus pateat tutissimus: non toti tantum Europæ, sed & Asiæ atque Africæ seruit, rebus cum ad vitæ vsum necessarium, tum etiam splendorem atque ornatum pertinentibus, hinc enim ad omnes orbis partes nauigatio patet. Buscumducis seu Syluaducis, cuius incolæ etsi ciuiles satis ac negotiationi dediti, tamen plus antiquæ fortitudinis retinuisse dicuntur, quam reliqui eorū conterranei, hi sunt qui toties negocium facessabant Iulio Cæsari, priusquam in offi-



Brabantia
Belgarum prouincia
recens exactaque de-
scriptio. Anno 1672

cio retineri possent ex hac oriundus Georgius Macropedius linguarum professor in
signis Mechlinia duplici iam clade nota, quarum alteram anno 1546 die 7. Aug. acce-
pit. Porta enim (vulgò die Sandspore) erat quædam, in qua circiter 800. vasa pulueris
bombardacij referuabantur, de cælo tacta, oppidum ferè totum, cum frequenti in-
colarum numero, maximo affecit incommodo. Alteram vix hac minorem ab Hispa-
nis accepit anno 1572 ex hac oriundus est chalcographus insignis Franciscus Hogen-
bergius: sicut ex Rupelmunda prodijt Gerardus Mercator Geometer huius seculi
celeberrimus, & chalcographus haud aspernandus. Aere fruuntur saluberrimo. Re-
gionis territorium ex parte secundum est, præsertim qua Meridiem prospectat, ac
versus Namurcensem comitatum: ea enim parte ager fertilissimus est qua verò ad
Septentrionem spectat, loca sunt, vsque adeo sterilia, vt per aliquot miliaria eà iter fa-
cientibus, præter mendicantes vix aliud obuium sit, non sufficiente agro cultores su-
os, quamuis numero paucos, alere. Ferunt tamen, oues Campestris Brabantia: inciba-
tu reliquis delicatiores haberi, ac lanam quoque reliquis ouibus fere molliorem
subtilioremque eiusdem etiam ligna durissima ac obstissima perhibentur. Vi-
neta habet regio circa Louanium, quod tamen vinum acerbum & au-
sterum gustu est. Syluas insigniores quinque; Soniensem, Sa-
uenerlo, Grotenhout, Grotenhelft & Meerdal, Flu-
uijs rigatur plurimis; qui r.ercibus vn-
dequaque conuehendis non
parù commodi sunt.



Ferræ huius nomen cum minimè antiquum sit, utpote cuius supra quin-
gentos annos nemo scriptorum meminerit, de eius origine asseuerari
nihil potest. Sunt qui referant ad Flanbertum Clodij ex Blessinda foro-
re, Sicambrorum regis nepote, ac Falandi filium, quem Clodius captus
Rotomago, & adiacentibus littoribus maris prefecisse dicitur, malunt a-
lij à Flandrina deriuare, vxore Liedericî comitis ab Haerlebeken, aiuntq; ob eius in-
signia merita in Imperatorem voluisse Carolum Magnum hanc prouinciam vxoris
ipius nomine vocari. alij ex fluctibus flatibusque continuis quibus regio hæc obno-
xia est, natam vocem credunt. Hæc prouincia ex multis dioccesibus ac regiunculis in
vnum, conflata est comitatum Rutheni namque erant qui circa Iccium portum, nunc
Calis, confidebant, ab eorum duce Ruthenio: tenebantque littora maris, qui tractus
hodie vulgò terra Guysonum, (*th. ant. von Gwynen*) dicitur. Morini dicebantur qui Ter-
rouanam ac adiacentem regionem tenebant, Blandinos etiam appellatos reperias à
Blandinio eorum Principe. Regionis incolæ ita olim bello addicti fuere, vt quieti
pacatiue vix vnquam viuerent; ac Syriam etiam, terramque sanctam ac Hierosoly-
mam, eorum arma peruaderent. Hodie humani adeo, atque ciuiles sunt, vt nusquam
ferè gentium exteriores peregrinique, humaniores ac hospiales magis experiantur.
Mercaturæ sedulam nauant operam; mechanicis frequentissimi incumbunt; ita vt op-
pidum in ea pagumque vix reperire sit qui non in 70. aut 80. interdum diuidatur op-
pifica, singulis frequentissimis hominum cœtibus addictis. ac quod vix alibi videre
est, haud reperias pueros quatuor annos natos, qui non sufficientes sint labore suo vi-
ctam sibi comparare. Cùm enim pannorum, tam laneorum quam lineorum ingentè
copiam concinnent: hi aut fila fuso ducunt, aut in globulas ea redigunt, aut lanam
tractant seliguntque, aut aliud quippiam operæ impendunt. Vnde cùm populosissi-
ma sit prouincia confertique habitent, ita vt pagi complures vix populosissimæ Ger-
maniæ vrbi habitatorum frequentia cedant, fit vt in plerisque oppidis, quotannis tel-
larum aliquot millia absoluantur quin & præter hos pannos alia etiam diuersa tela
sua ipsi lingua Tapissierien, id est, Tapetia, Saie, Filtain, Boucrain, & Bourat vocant
Diuidebatur hæc regio olim in tres partes: in Comitatum sub regibus Galliæ, in Do-
minium sub Imperio, & in proprium sub ipso Comite. Hodie diuiditur in Flandriam
Teutonicam Gallicam, & Imperatoriam, quam & proprietariam vocant. Imperato-
ria, quod dudum Romanorum Imperio subiecta fuerit, alio etiam nomine Alostens-
is comitatus dicitur, ab eiusdem in ea nominis oppido, regio haud amplè inter Den-
deram & Scaldim fluuios comprehensa, hæc insuper Flandriæ portio subdiuiditur
in comitatum Alostensem, Dendermondense territorium, & quatuor (vt vocant) of-
ficia siue praefecturas, quæ sunt Axel, Hulst, Assenede, Bouchouten. hæcque Flandriæ
portio propemodum habetur fertilissima. Teutonica autem est ea quæ terminatur à
Sept. Oceano, à Mer. Lyza flu ab Or Scaldi, ab Occ. Fossa noua & Arthesia estque hæc
pars minus fertilis, solumque sabulosum & macrum habet. continet hæc pars quatuor
Flandriæ membra primaria Gandauum, Brugas, Ypram, & Liberas tres urbium
principalium, quarum primas tenet Gandauum. hanc ante Iul. Cæs aduentum Odue-
um, alij Clarineam appellatam tradunt, ac deinceps Gaidam ab ædificio seu castro i-
bidem à Cæsare extructo, vrbs est quoad situm, munitissima ac per ampla, ita vt inter
maximas Europæ vrbes cõnumerari debeat: habet enim intra muros circuitu 45640.
pedes

Flandria parua loco, sed nomine maxima et est re: singula sunt alijs, haec bona cuncta tenet





*Flandia Gallia Belgica provincia ce-
leberrima continet in longitudine miliaria flan-
drica 91. in latitudine vero 20. Cuius termini sui-
t à Septentrione Oceanus Germanicus à Meridie
Flannonia et Arghia. ab Occidente Gallia. ab Oriente ve-
ro Brantia Regni est cum terra que hominis vi. tua con-
ueniunt facienda. Urbis munitaria frequet in nulli cedens.*

pedes Romanos, qui conficiunt miliaria Italica septem reperias intra mœnia insu-
 las habitatas circiter 26. Brugæ à pontium multitudine nomen trahens, & tertia ex
 quatuor istis Hanseatici fœderis sedibus, à quibusdam etiam phanum Mercurij appel-
 latum: olim splendore suo totâ Flandriam obsuscans, iam in minore fortuna versa-
 tur. Ypra à præter suo eiusdem nominis torrente sic appellata, quæ fundum solumq;
 habere dicitur plumbeum, ob infinitos canales plumbeos, ibidem vnde quaque inse-
 tos, vt commoditatem præstent maximam singulis penè domibus ac vicis aquam lar-
 gientes Liberi (t Landt van den Vrien) vocantur, quòd iugum Brugenfium exculle-
 rint. Flandria Gallica, eo quòd lingua vtatur Gallica, à Mer. attingit dicecesin Came-
 racensem, ab Or. Scaldi flu. & Artheia terminatur. Regio haud ampla, ac supra modû
 quàm dici queat, fertilis, cum rerum omnium, tum imprimis frumenti & rubæ tin-
 ctoria, prata ac pabula habet latissima. continet oppida atque vrbes elegantes & opu-
 lentas, quarum prima est Insula (vulgò Rysel) perpulchra & diues, emporium post
 Antuerpiam & Amsterodamum primas tenens Duacum (catuaces videntur à Cæsa-
 re dici) fontium scaturigines limpidiſſimas habet. Tornacum (quos Cæf. Neruios vo-
 cat) nonnullis Ptolomei Baganum esse creditur. Ac vt multa simul complectar, habet
 vniuersa Flandria ciuitates mœnibus cinctas numero 28. pagi numerantur 1154.
 vt non immeritò Hispani eò venientes omnem Flandriam vnam ciui-
 tatem esse dixerint. Terra plana est, fyluas complures habens,
 olim etenim in vniuersum ferè fyluis
 horruerat.



PROVINCIAE huic, Comitatus titulo gaudenti, Namurci nomen est. Istud verò à Metropoli ne in ea, an verò metropolis ab ipsa sibi assumpserit, haud exploratum quisquam nostrorum habet, quemadmodum ne ipsius quidem nominis originem, ab indigenis etenim Namur, à Germanis autem Namen dicitur, quid tamen propriè significet, ignorant. Fabulosam enim atq; anilem eorum duxerim sententiam nullius probati scriptoris testimonio confirmatam; qui afferunt olim in monte ipso, cuius in iugo etiamnum arx propter urbem Namurcum suspicitur, idolum quoddam Nani cognomine coli solitum, quem fatidicum fuisse ac responsa perentibus dedisse ferunt, deinceps autem patefacta & inualecente iam fide Christiana, obmutuisse ipsum, atque sic ex mobili cum fixo coniuncto Namurcum constat esse, quasi dicas Nanum mutum. Prouinciæ huic vicini sunt Leodienses, Brabanti, Hannones ac Lucenburgenses. Duo eam fluij illustres ac nauigabiles irrigant, Mosæ nimirum & Sambrius. Montibus regio non asperatur, quamuis neque plana omnino sit, sed collibus ac vallibus hinc inde extollatur. Syluas habet complures, quorum maxima est ea quam Marlaigen vocant, in ijsque crebra nobilium venatio esse solet. Omnium quibus ad sustentationem sui vita humana indiget, fructuum ferax est. Ferrifodinas habet multas. Effodiuntur ibidem lapides nigri, seu vt verius loquar, lapidei carbones, quos Germanicè lapides carbonarios (Steinkolen) vocamus, à literatis Lidandrakes appellantur. in his mirabilis quædam naturæ operatio apparet: cum enim in cæteris corporibus infusum oleum ignis flammam alat atque augeat, contra autem superinfusa aqua ardorem aut extinguat aut minuat; hi superinfusa aqua accenduntur, oleo autem extinguntur. Incolæ (quemadmodum etiam circumiacentes vicinæ regiones ad quas iidem transuehantur) calidissimos ac lucidissimos sibi ex his ignes in domibus suis struunt. Fabri etiam ferrarij frequentius his in officinis suis vtuntur, siquidem facilius quam alij ex ligno vsti carbones ferrum mollificare queunt. Lapidum etiam fodinas in eodem hoc comitatu videre est, ex quibus nigra, rubea ac versicoloria effodiuntur marmora, quæ ad exterarum nationes abductæ, magno hominibus sunt vsui in templorum ac magnificarum domuum ædificatione atque exornatione. vnde etiam haud exiguum lucrum ad terram hanc redit. Quatuor habet vrbes muro cinctas comitatus hic: Namurcum videlicet, Bouuignes, Charlemontium ac Vallencuriam. Namurcum, vt supra monuimus, prouinciæ metropolis est, atque haud ita pridem Episcopalis eò translata sedes est. loco sita opportuno, in confluentia nimirum Mosæ ac Sambri fluij, ducto ad vtriusque littus ponte lapideo, in hac etiam totius regionis curia est. Bouuignes ad læuum Mosæ latus sita, olim ob ædificiorum magnificentiam atque incolarum multitudinem vrbs spectata erat, nunc verò varijs bellorum cladibus afflictæ & destructæ, parui valoris est. Charlemontium arx est munitissima atque inexpugnabilis penè, extructa ad Mosam fluium à Carolo quinto Imperatore, à quo etiam nomen adepta suum est, cuius vix similem reperire liceat, prospicitur namque in monte excelso, haud procul à Giueto pago. Vallencuria oppidum minimè aspernandum. Præter Abbantias, quarum complures sunt, circiter octoginta pagi in prouincia hac numerantur, quorum aliqui ex quibus sunt Floress, Vascie, Sanson, &c. adeo sunt ampli atq; egregij, vt non alios tantum pagos longè antecellere, sed cum vicis atque oppidis quibusdam certare quoque videantur. Olim regio Marchionatus titulo claruit: circa annum autem 1200. in Comitatum redacta est. Incolæ viri sunt bellicosi; principi suo toti addicti ac fauentes, Gallicè loquentes. Prouinciã hanc, quemadmodum etiam plures Belgij regiones, accuratissimè ac diligentissimè descripsit Ludouicus Guicciardinus.








Lucenburghij Ducatus à metropoli in eo nomen sibi assumpsit, ea ad Alsatium flu. sita est, atque ex Comitatu, quo olim honore dignitateque valebat, in Ducatum tandem euecta est. De hoc tractu sic refert Petrus Diuzus: Leucorum gentem iuxta Treuiros, Mediomatrics ac Lingonas habitasse indubitatum est; oppida eorum Tullius ac Nansum Ptolomæo celebrata, nomen seruant, Toul & Nansij. Vernaculè appellatur Dio Lugni, latèque imperarunt, vt ab ijs Leucenburghij celebris oppidi nomen ortum sit, quasi Der Lugen Burg. h. hodiè Austria Archiducibus subsunt. Latius Mosellanum ducatum vocat. Incolæ nobilium penè mancipia sunt. Linguis vtuntur Gallica & Teutonica corruptis. Distinguitur regio in septem comitatus, ij sunt: La Roche, Durbi, Salme, Chini, Vandalen seu Vianden, S. Ioan. Manderscheidt. Baronatus in hoc Ducatu penè innumeri sunt, ac Dominia infinita. Neque enim vniuersa Belgica prouinciam habet, quæ nobilibus frequentior sit quàm hæc, quorum tanta est libertas, & in subditos ius, vt vel Regulis comparentur. Ciuitates habet muris cinctas in vniuersum viginti, è quibus principalior quæ toti regioni nomen suum comunicat, est Lucenburghum; hanc Alifuntius flu. interluit, partè vrbis superiorem & montanam ab inferiori & plana dirimens putatur hæc esse quam Ptolomæus Augustam Romanduorum dixit. vrbis est ampla & capax, ædificia domusque vtunque splendida, verum belli iniurijs variè afflictæ. Reliquæ vrbes sunt Arlun, Rodeimarck, Theonuille, Graucmachre, Conigsmachre, Dickirch, Vireton, Esteruerck, Vandalen, Bastonac, Mommedi, Neuff-hasteau seu Nouum castrum quod Paulus Aemilius munitum oppidum vocat: Danuillers, Maruil, la Roche in Arduenna sylua, Durbi, S. Vitus, Marche & Salme. Habet præter hæc etiã alia nonnulla oppida, quorum tamen mœnia crebris bellorum incurfionibus diruta iacent. vicus pagosque ad 169. continet, eorumque nonnullos satis amplos & opulentos. Castra atque arces permultæ sunt, septem verò in eo Ducatu memorantur esse loca, quibus planetarum septem sunt nomina indita, ijsque dum Pagani atque Ethnici essent incolæ, ibidem sacra fiebant. cuiusmodi videntur esse Arlun, tanquam Aram Lunæ dicas, cui eo loco sacrificabatur: Solocure, castrum montanum, à Sole nominatum creditur. Marche Martis nomen referre videtur. reliqua coniectura. vix assequi licet. Lucenburghensis regionis ager benignus ac fertilis est, cuius etiã loca nonnulla vineta ferunt: vina tamen ignobiliora sunt. Fluminibus regio omnis rigatur plurimis: quorum primum nobilissimumque est Mosella, seu Obrinca flu. è radicibus Vosagi montis ortus, non procul à Rotandi flu. fontibus, versus Austro Africum seu Magistralem ventum, ducit alueum per mediam Lotharingiã. Metim urbem alluens, hinc per Lucenburghensem hunc ducatum lateraliter lapsus, Theonuille, Sirich, Treuirosque lambit. hinc Barnecastellam, Tribachum & Coanum præterlapsus, iuxta Cõfluentiam Rheno miscetur. hunc conatus est olim Lucius Veterus Romanus Sonio fluuio iungere, fossa ducta decem milliariorum: vt Mediterraneo mari classis Romana, euitatis terrestris itineris impedimentis, naues primùm Rhodano flu. per Narbonensem Galliam, inde per Sonium ad hanc fossam, ex ea in Mosellam, deinceps in Rhenum, ac denique in Oceanum duceretur. Reliqui fluij Lucenburghensem agrum rigantes sunt, Chier, Mosa, Bemioj, Houl, Lech, Alsatius, Atardus, Sourus, Prumeus, Mineus, Chomeus, Orto, Albis, ac innumeri penè riui. Montibus regio vndique attollitur, syluisque intricatur. eæ omnes Arduennæ totius Galliæ maximæ syluæ rami sunt. Minæras reperias non procul à Manderscheidt, in dominijs Keyla, Crönenberg & Sleida, in valle cui Helenthal nomen est: quod ferri copiam præbet optimi. Constantur etiã ibidem ex ferro fornaces & pyreteria, quæ per totam distrahunt Germaniam ingenti lucro. Therinæ Bertricenses, duobus penè à Mosellæ amnis ripa milliariibus distant, quamuis hæc Eyphaliæ potius quàm Lutzenburghij Ducatui annumerandæ sunt. Terminatur regio à Septentrione Leodiensi episcopatu ac Namurcensi comitatu, à Meridie Lotharingia, ab Ortu Mosella fluuio, ac Treuirensi Archiepiscopatu, ab Occidente a yphalia & Arduenna sylua, & Mosa fluuio.








Annoniam scribit Lessabæus olim Pannoniam à Panos cultu vocatam; deinde Saltû carbonarium; postea Picardiz inferioris titulo cognitam dicit, sed tandem Hannoniæ nomen, quo hodie inualescit, ab Hania flumine (quod mediam regionem secat) obtinuit. Haniault incolæ, & Henegavv Germani appellant. Habet hæc Hannonia Flandriam cum Artesia ab Occidente; Brabantiam à Septentrione: qua orientem Solem aspicit. sunt illi iidem Brabanticum Namurcis & Leodiensibus vicini: à Meridie Campaniam Gallorum Regis prouinciam attingit. Regio est, si quæ alia hoc tractu, nemoribus, lacubus, fontibus irriguis, pratis & pascuis admodum amœna. Gens bellicosa & erga Principem fide & officio incomparabilis. Habet in longitudine plus minus viginti, in latitudine sedecim miliaria. In eo ambitu comprehendit viginti quatuor oppida, & plus quam nongentos quinquaginta pagos aut villas: vt Guicciardinus author est. Robertus Cænalis in ea bis mille ducentas villulas turri campanaria (vt vocant) insignitas numerat. Titulo Comitatus hodie ornata est: & habet in se Principatû (vt hodie dignitatis vocabulum vulgò sonat) octo Comitatus, duodecim Pares (vt hodie appellant) viginti duos Baronatus, viginti sex Abbatis, astosque dignitatis titulos, quæ omnia apud Guicciardinum videre licet. Vrbes in ea primariæ sunt Montes (Germ Bergen in Henegav) & Valenciæ: hæc ad Scaldim fluium qua is nauigia ferre incipit, sita, amplitudine & vallatis mœnibus incluta est. Plebs mercimonijs & negotiationibus vt plurimum indulget: magnumque sibi emolumentû ex eo panni genere, quod vulgus fuffetas, & in hac vrbe magna quantitate contexunt, atque hinc in remotissimas orbis regiones aueritur, parant. Plebs opulenta, plerunque rem faciens ex telæ quodam genere, quod vernaculè Sayam appellant, cuius ibi ingens copia conficitur. Sunt præterea Condatum, Halla, Angia, Malbodium, Auefne, Bellus mons, Chimacum, Quercetum, Binchium Mariæ Caroli s. Imp. sororis à curis diuerticulum, atque extractis ibidem ædibus planè magnificis, quondam in delicijs habitum. Sed postea ab Henrico 3. Gallorum rege incendio & ruina fœdaturum Bistritæ Bauarû, vulgò Bauais, quæ nonnulli Baganû vel Bagacû Ptolomzi esse arbitrantur: nonnulli illud Belgium Cæsari in suis commentarijs dictum volunt. Hubertus Leodius tamen non existimat Cæsaris temporibus tam potens fuisse, sed sub D. Constantino Imperat. potius floruisse; idque ex numismatibus, quæ ibi magna quotidie copia, huius imagine signata, effodiuntur, colligit. Visitur in huius foro columna lapidea, sub qua ab incolis inchoare omnia eiusmodi viarum capita referuntur, quæ ab eo loco in omnes Galliz partes & sublimi atque recto tramite exporriguntur has Brunehildi opera confratas fama loquitur. eius quoque nomenclaturam in hunc vsque diem seruant. chemins de Brunehault, Gallicum vulgus: Germanicum verò Die Cassete vocat. Durant vsq; hodie harum viarum plurimis in locis vestigia, sed interrupta. hæc id præsertim miraculi habent (vt scribit Bouillus) quod sublimiores sint vicinis vtrique agris: quodd inter singula Galliz oppida rectissimum iter conficiunt; quod silicinis lapillis, qui etiam vicinis in agris defunt, sternuntur; adeo vt vel ab humo ebulliuisse silices, vel æthere sublimi eos pluuisse quis iudicet; vel alia quàm humana manu & opera vndecunque toto Orbe lectos in eiusmodi viarum ruderationem quis de miretur. Sunt quoque in huius regionis limite versus Mosam fluium, quæ in Galliam iter patet, Carolomons, Marienburgum, & Philippouilla in hoc tractu contra Gallorum irruptiones firmissima præfidia, à Carolo s. Imp. Mariæ eius sorore & Philippo eius filio extracta & denominata. Diues est hæc regio ferri & plumbi fodinis. Effodiuntur hic quoque diuersa marmorum genera, vt sunt, album, & nigrum, item pluribus coloribus variegatum, ad Regum & Magnatum ædes & sepulchra ornanda valde accommodata. Calx viua hic etiam ex terra eruitur. Item carbonès lapidei & atrii, bituminis indurati natura, quibus incolæ loco lignorum in extruendo focò vtuntur. Conflantur hic quoque vitrex illæ laminæ pellucidæ, quib. omnem cœli iniuriam ex templis & ædibus propellimus: hæc; præ alijs quæ alibi locorum sunt, palmam præstantia ferunt. Omne item vitreorum vasorum genus & supellex hic conficitur. Vide plura apud Ludouicum Guicciardinum, & Iacobum Lessabæum, qui peculiarem libellum de hac regione conscripsit. Hubertus Thomas Leodius quoque in suo de Tungris & Eburonibus libello non contemnenda de hac ipsa Hannonia recenset.

NOBILIS
 HANNONIE
 COMITATVS
 DESCRIPTIO
 Auctore
 Iacobo Surhono
 Montano
 Coloniae
 Formulis Iani Bussenechrs
 Anno dñi 1596








Aud obscuros fuisse Galliae Belgicae populos, quos Atrebatenses vocamus, vel ipse Iulius Caesar testis erit, gens est etenim bellicosa, antiquum etiam nomen suum retinens. Atrebatum metropolis eius Latine sic dicta, etiam Flandriae olim urbs primaria fuit, Gallice Arras dicta, vnde & circumiacens ager, totaque provincia, Artois Germanice, quasi Arratois dicas, contracte autem Artois appellatur. hinc recens ista Artesia appellatio orta, qua Latine vulgariter uti solent. Tota provincia, quae sicut olim ita & hodie Comitatus titulo gaudet, longe lateque patet, siquidem a finibus Cameraci, Picardiae, Hannoniae & Flandriae ad Oceanum usque protenditur. Galliae olim regibus paruit: nunc autem, cum inter Carolum V. Imp. & Franciscum eius nominis primum, Galliae regem pacis conditiones, anno millesimo quingentesimo vigesimo nono, acceptae & confirmatae essent, sui iuris sunt. Urbes atque oppida praeterea multa habet, quae sub Catholici Hispaniarum regis imperio sunt. Illud etiam in Carionis Chronico reperio: Henricus (inquit) Septimus Rex Anglus urgente Maximiliano Imperatore exercitum in Galliam traiecit, Bononiam frustra oppugnat. facta dein pace, certa pecunia ei numerata, in Angliam rediit. postmodum Atrebatenses prodicione capti ab Archiducis militibus, qui Ambianos pariter opprimere conati sunt. Tandem pax, & soror Caroli Archiduci cum Comitatu Atrebatensi datae sunt. anno 1490. Bethunia annonae frumentariae horreum, magnae olim celebritatis Dominatus erat, antequam in Atrebatensium nomen Comitatumque una cum alijs concederet: peculiari nomine Bethuniensis Aduocata, ipsique principes Aduocati, hoc est, Tutores fiduciarij & patroni Reip. siue ditunculae suae, & veluti clientelae capita, nominabantur. atque adeo castrum, quod mirae antiquitatis & munitissimum opus etiamnum in urbe visitur, & a regio Gubernatore infidetur, tanquam stabilem sedem retinuisse videntur, ut hac occasione, adfluente nimirum incolarum multitudine, & aedificijs circa adiectis, urbs ipsa (quae anno iam tum millesimo centesimo trigesimo septimo deflagasse tamen proditur) in eam amplitudinem excreuisse merito debeat censeri. est in hac urbe sodalitas quam Caritatem Eligianam nominant, qua fortasse nihil habet vniuersa Europa nec laudabilius nec Reip. salutaris. Graece non male nekrosforia ab exportandis cadaveribus, siue funeribus efferendis nuncupare possis: quod fit ut nemo ibi cuiuscunque sit conditionis, supremo funeri ac sepulchri honore careat. autor seu potius suavor huius instituti fertur fuisse B. Eligius, vetus ille Flandrorum Apostolus, & annis iam ab hinc prope quadringentis vsu & quotidiana periclitatione est comperitum nihil vnquam contagionis ex adfectis corporibus contraxisse eos, qui tam pium Christianae caritatis munus exercent. Hesdinum nobile Gallo obiectum vallum ac propugnaculum, prostrato a Caesareanis eiusdem nominis oppido, occasione belli inter potentissimos Europaeos principes excitatur. dum enim Franciae Rex Franciscus, mortuo Sfortia Insubrum siue Mediolanensium duce, ut statum illum occuparet, Allobroges vicinos & Taurinos armorum strepitu inuaderet, & multa in Italia oppida & caperet & sollicitum muniret, Imp. Carolus post varias expeditiones & grauissima bella contra Gallum gesta, & expugnata Ferrouana, ad Hesdinum castra mouet, quod primo incursum est expugnatum. deleta etiam, & a fundamentis diruta munitissima in eo arce, ad Cancem amnem, amoeniore & aptiore loco nouam, sed cognominem, priore longe firmiorem stationem, ad perpetuam rei memoriam condunt ac instaurant: quare nunc foueis, ea & latitudine & altitudine, muris etiam tam validis Hesdinum cingitur, & propugnaculis sibi mutuo correspondentibus firmatur, quae falcone, pluteos, colubros, fulmen & grandinem plubeam minantes sustineat, ut oppidanis timendum non sit, quod quamdiu commeatus mutuo animorum consensu & concordia conditus ipsis erit, facile in hostium sint potestatem venturi. quam ipsis confidentiam, praeter munitiones arte factas naturalis etiam loci situs fouere potest. Praeter urbes & oppida quae praeterea habet Artesia, ingens etiam est pagorum ac villarum numerus. Coenobijs quoque multis refecta est, inter quas Abbatiae numerantur viginti octo, earumque praecipuae sunt S. Vedasti. S. Bertini, S. Saluatoris, Sanctique Eligij mons. Terra porro ipsa ferax admodum est, imprimis tamen frumentum: ita ut multi arbitrentur inde antiquum illud Gallicum nomen ei inditum esse, ut Atrech vocetur, quod panis terram significat. huic etiam Graecum illud artos aridere videtur, quod panis Latine dicitur. nequaquam igitur ab Arto rege seu duce nomen eam accepisse demonstrari potest. Fluijs etiam quamplurimis irrigatur, quorum tamen praecipui sunt Lyfa, Scarpa, Aa, Cachia atque Authia. alijque plures ac nauigabiles omnes. Syluis non omnino destituitur, praecipue Meridiem & Occidentem versus.







Anglia insularum quæ ad Europam spectant, omnium maxima, diuersis temporibus diuersa nomina sortita est. Anglia autè vox Cimbrica seu Saxonica est, & hamum significat quo piscatores vtuntur, ait Becanus in Saxonice lib. 5. Olim etiam Albion ab albis rupibus, qui ad eam nauigantibus primum apparent, dicta est, Britannia etiam vocabatur, cuius nominis origo iam dubia. Sunt qui à Bruto duce Troiano (quem ex Aquitania huc traieciisse ferunt) sic dictam velint: Beda tamè natione Angelus, à Gallia populis Britannos appellatos tradit. Angliam alij vocatum aiunt ab Angela Saxonum regina, quæ expulsis gigantibus qui tum eam incolebant, inter suos insulam partiens ac distribuens, vt victoria, gentisque memoria nunquam intercideret, Angliam à se denominari voluit. Paulò aliter refert Volaterranus, qui non à Regina Saxonum, sed ab Angilis eiusdem Saxonie illustri populo appellatam dicit: quos, cum à Pictis Scoticisque molestantur Britanni, in auxilium vocarunt, atque hac tandem terræ bontitate, simul & amoenitate inuitati eos circumuenerunt, ac Insularum bona inter se partiti sunt. Hos tamen Angilos Sueuos non Saxones fuisse author est Ptolomæus, qui in media Westphalia ad Amasij fluuii fontes habitauerunt. Secus paulò Ioannes Maior narrat in Historia rerum Scoticarum, ait enim Vortigerum regem Britannorum, in subsidium contra Pictos aliosque hostes accersiuisse Engistum quendam Saxonum ducem, qui suis pulsisque hostibus, ipse tandem in regni desiderium incidit, à seque occupatum & captum Engistlandt vocari voluerit, atque hinc vnus vel alterius literæ Metamorphosi, vt sæpe fit, Engistlandt dici arbitratur. Nec desunt qui credant sic dictam Angliam, quasi Anguli terram, vel nostri orbis angulum. Calcedonia etiam quibusdam ab ingenti in ea eiusdem nominis sylua vocatur. Tota itaque hæc insula, natura triquetra, Siciliae quæ similima, teste Cæsare, hodie in duo diuiditur regna, Angliæ & Scotiæ. Angliæ regnum vocatur pars Insulæ Meridionalis, Gallia proxima. Terra est eximie fertilis, ac metallis diues: habet etiam aurum & argentum viuum, cuprum, stannum, plumbum, ferri autem exiguam copiam: nec caret salis fodinis, quin & margaritas terra producit, & miræ naturæ Gagatem lapidem, in aqua ardentem, oleo, autem extingui bilè, lapis nigro gemmeus, nullius ferè ponderis, attritu calefactus applicata detinet vt succinum. Pecoribus alendis non alia aptior terra. lanarum ibi diues mercatura, regioque nobili panno celeberrima, qui inde in longinquas exportatur regiones. Lupos non fert vlllo modo, nec vllum venenosum animal, aut rapax, præter vulpem gignit. Terræ motus in ea rari, quemadmodum & fulmina. Diuisum est autem Angliæ regnum in triginta circiter Comitatus: villæ & vici in ea plurimi sunt, vrbesque permultæ. Archiepiscopales ex ijs sunt duæ, Eboracum & Cantuarua. Scholæ seu Vniuersitates duæ, Oxonium & Cantabrigia. Londinum totius regni metropolis, Trinouantum olim, & Troia noua dicta, ad Tamesin fluuium magnis nauibus peruium celeberrimum ditissimumque emporium, simul & sedes regia. Eiusdem regni fluuij nauigabiles æstu marino affluentes, & refluentes, sunt Seuerinus qui per Valliam labens, in Verginium Oceanum effunditur, & Humbria, qui Eboracum præterlapsus Oceano Germanico excipitur. Incolæ rerum nauticarum peritissimi, nullum ferè Orbis angulum in expolaratum relinquentes. Multa Regnum hoc nobilitate pollet, & quamuis longæua fruatur pace, bellicosissimos ac planè intrepidos producit viros. Legibus vtuntur Angeli municipalibus, cum Scoti ciuilibus vtã-

tur. eadem vtrique genti in bello ferocia, sagittis Angli, hasta longa Scoti in acie prævalent. Rara inter eos pax; dum illi propagare, hi retinere imperium student. Anglica lingua mixta est ex multis linguis, præsertim Germanica & Gallica, quamvis olim merè Germanicam fuisse creditur. Porro de antiqua ac prænobili Anglorum Regū origine ac successione hæc adijcere non displicuit: Brutum supra nominatum secuti sunt Reges sexaginta octo; eorum postremus erat Casiuellanus, qui cum Regno potiretur, in Angliã venit Iulius Cæsar, insulãq; armis superatã Imperio Romano subiecit, quã postmodo Romani annos ferè quingentos tenuere: donec Aetius Burgūdionibus Galliã vexantibus, legionẽ Romanã, qua vna tũ quiescebat Britannia, ex Insula in subsidium reuocaret. Quo tẽpore Scoti Pictiq; in Angliã irrupentes totã Insulam deuastrarunt. Verum Aetio nullas suppetias insulanis ferente, quamquam sæpe illius opem Subsidiumq; implorarent, indignati Britanni Vortigerium sibi Regem elegerunt, animumq; recipientes Saxones Anglos adiutores in Insulam accersuerunt, qui cum fortiter hostes pugnando omnes ex Britannia pepulissent ipsi eam sibi vendicauerunt, Angliamque primi appellauerunt, atque in septem regna distribuerunt: quorum septimum ac postremum Occidentalium Saxonum Regnum, anno aduentus Anglorum 72. salutis humanæ 520. exordium à Cerditio primo Rege sumpsit, cuius posterius toti deinde Britaniã imperauerunt. Horum trigesimus sextus Rex Heraldus fuit. hunc prelio ab ipso superatum atque occisum sequebatur Guilhelmus conquestor, anno Christi circiter 1070. à quo vigesimus est Henricus octauus pater Edouardi, Marię, & Elifabetę etiamnum (anno videlicet 1597.) sceptrum regale tenentis.






Cotia regnum Albionis pars Septentrionalis vocatur: terra perpinguis & Sulphurea, atque ob id combustilis, ac lignorum penuriam subleuans: vnde mos inoleuit, vt mendecantes circa ædes sacras, lapides accipiant in elemosynam, struendo fæco aptos. Lœca nonnulla habet in quibus triticum nõ crescit, massam tamen ex auenæ farina subigunt, Rei pecuariæ perinde vt Angli maximè dediti, vnde lanificijs ditantur plurimum. Asperior est, minutque quàm Anglia culta montes etiam hinc inde habet, verùm pabulum ferentes præstantissimum. Fertur in regiuncula quadam Scotiæ, quæ Clويد fluuio alluitur, Argadia ei nomen est, lapidem nasci, qui paulò diutius stuppæ subiectus incendium faciat. Regia eius est Edinburgum, Alata castra vocant; prope hanc portus celebris est, Lethe dictus. Archiepiscopales, & gymnasijs celebres ciuitates sunt, S. Andree, Glasque, Aberdoræ, quæ mercatu etiam ob portus commoditatem, felix est. Habet & alia emporia, & sunt Dunæ, Monros & S. Ianis. Circa Aberdorum montes sunt asperrimi, & equitatu inaccessi, ac iuxta mōtes sylua, quæ æstimatur Chalcedonia antiquorum esse. Scotos à pictura corporis appellatos esse volunt *σχορ* enim Græcè tenebras sonat vel *σχορια*, id est furia, tenebræ. Vetus enim mos illis erat, pectus, brachia & manus encausto figurare euntibus ad bellum (quod tamen hodie non seruatur) vtebantur autem Glassto, herba plantagini simili, quæ (vt Cæsar ait) cæruleum efficit colorem, vt horridiores hosti se ingererent in prælio, vnde Martialis cæruleos Britannos dixit.

Claudia cæruleis cùm sit Ruffina Britannis Edita.

Mores Scotorum Anglorumque parum differunt. idem ferè habitus, lingua penè eadem, subita ingenia, & in vltionem prona ferociaque; in bello insignes, mitiores tamen aliquando Angli, quamuis enim ferum & in hospitale vulgus ignobile sit, ciuiliior tamen est nobilitas, hospites amicè salutant, magis que obuij ad humanitatis officia sunt. In bello nec agri nec vrbes violantur, sed dimicatur ad internecionem alterius partis vsque Rigidiores Anglis aliquantò sunt Scoti, inuidi natura, & reliquorum, maximè aduenarum, contemptores iactabundi, nobilitatemque suam insolenter ostentantes, ita vt in summa mendicitate audeant referre genus suum ad stirpem regiam. Scotiæ pars Austratissima est sub Parallelo 19. dies autem maxima horarum 18. Borealissima subest 21. Parallelo, & est dies horarum 19 Terminatur autem ad Ortum quidem Oceano Germanico, ad Syrachum Tueda fluuio, ad Austrum Saluvva fluuio, ad Lebecium & Zephyros mari Hybernico, ad Trasciam & Septentriones Oceano Deucalidonio. Verùm & illud hinc biter memorandum duximus, quod, de mari Scotico scribunt Boethus & Iouius, gignere nimirum anferes quos Clakis nominant, è lignis in ipso putrescentibus. Primùm nascuntur (inquiunt) vermiculi tanquam teredones, qui interiora ligni excauantes, paulatim enatis capite, pedibus atque alis, tandem plumas edunt, & cùm ad domesticorum anferum iustam ipsis magnitudinem excreuerint, cælum petunt, reliquarum auium more. Nascuntur & in testis veluti concharum, quæ complexu ramorum, & caulis in alga marina concepto, intus huiusmodi auem fouent, ac tandem produnt. Atque hæc de qualitate regni. Si quantitatem requiras, habere videtur Anglia in longum milliaria Germanica 82. Anglica 293. in latum Germanica 89. Anglica 320. Scotia autem in Longitudinem extenditur milliariorum Germanicorum 67. Anglicorum 257. In latitudinem autem Germanicorum 52. Anglicorum 190. ita vt tota insula in longum extendatur milliariibus Germanicis 149. Anglicis 550. at vbi latitudinem habet, Germanicorum 89. aut Anglicorum 320. Latissimam namque esse compertum est.







Ibernia insula in Oceano inter Angliam atque Hispaniam posita, ab Ortu habet Britanniam ipsam, vnius diei navigatione propinquam & Galliam ab Austro; Hispaniam trium dierum, vt aiunt, nauali cursu affinem ab Occidente; Oceanum infinitum à Septentrione; nec multum distat à Scotia. Forma eius oblonga, ad similitudinem oui, à Meridie in Septentrionem protensa. Vnde nomen istud sic fortita, incertum est. Sunt qui ab Iuene ciuitate, alij ab Hiberno duce homine Hispano nominatam ferunt, qui primus magna hominum coegregata multitudine eam occuparit, siue vt alij sentiunt, id nomen tulit ab Ibero flumine Hispaniæ celeberrimo, quòd illius accolæ primi insulam inhabitassent, aut ab Hiberno tempore, quia ad Occidentem vergit. Sed illud verisimilius est, vt vel à duce Hispano, vel à flumine Ibero dicta sit: quando Hyberni cum habitu corporum, tum viuendi ritu ac moribus non admodum discrepant ab Hispanis vicinioribus. Ab hyeme hyemalis insula appellari nequit, alias Norduegia & Saecia eadem ratione vocari possent Hybernix, quum hyems illarum regionum non minor sit hyeme Hybernix. Spatium Hybernix dimidio minus quàm Britannix æstimatur, quod non amplius milliarijs Germanicis septuaginta in longitudinem, & 23. in latitudinem pateat. Cæterum solù & cælum huius insulæ, haud multum differt à Solo & cælo Angliæ, nisi quòd Hibernia montosior est & abundantior aquarum: quippe quæ in edicissimis etiam montibus passim paludes & stagna habet. Mira Cæli temperies, fertilitas terræ insignis, etsi Hiberni agriculturæ parum student. Nullum gignit venenosum animal, nec aliunde illatum nutrit. Maleficum habet lupum & vulpem. reliqua omnia animalia mansueta & corpore minora sunt quàm alibi. Hibernia omnis diuisa est in quatuor partes, quarum vnã quæ Austrum spectat, Momoniam appellant, alteram Borealem Hultoniam: tertiam quæ ad ortum Solis vergit, Laginiam: quartam Occiduam, Cónaciam. Et quoniam parent Regi Anglo, imbibunt mores honestiores. Momoricam à Laginia Suerus fluius, qui ad Votfordiam portum facit, quo ex Anglia breuior est transitus, & à Connacia Sinneus diuidit, cuius principalis Occidentalis oræ ciuitas est Limiricum, quod Sinneo omnium totius Hibernix fluminum maximo alluitur. Anno Christi 433. misit Celestinus papa sanctum episcopum Patritium in Hiberniam, (erat autem Patritius hic Sancti Martini ex sorore nepos) vt illic prædicaret Christum atque fidem eius. Vistur etiamnum in Hibernia spelunca quædam subterranea, multis spectris horrenda, quod purgatorium Patritij appellare solent. Tradit Hector Boëthius, supra Amarcnam, in stagno quodam paruo, si pertica in vado defigatur, & exactis aliquot mensibus refellatur, partem quæ luto inhæserat, in ferrum conuersam iri; quæ in aqua remanserat, in cotem: reliqua manente ligno. Habet Hibernia multos equos qui suauiter incedunt, studentque veluti data opera mollem facere gressum, ne infidenti molestiam vllam inferant. Terra huius insulæ adeo pabulosa est, vt ibi pecora, nisi æstate à pastibus arceantur, in periculum agat saties. Nullum animal noxium gignit, non araneam, non ranam, nec alit aliunde inuecta. Omnia noxia animalia ab alio asportata solo, pulueri iniecta necat. Imò affirmat Beda Presbyter, vidisse se rasuram è paginis codicum inde allatam, & ictis à serpente in potum datam, extemplò veneni vim restinxisse, totumque infecti corporis tumorem sedasse. Apes in ea non reperiuntur, mira cæli temperies, fertilitas insignis, gens tamè inhospita, inculta & crudelis, atque ob id bello gerendo non inepta. summum honorem ponunt in armis & bellicis rebus. Mare inter Hiberniam & Angliam ferè semper sæuit, vt non liceat trajicere illud nisi certis quibusdam diebus. Sunt etiam inter Hiberniam & Scotiam multæ insulæ, quarum maxime Meridionalis Mania quindecim leucis longa est, ea autem ad Angliæ Regnum hodie spectat Nauigant vimineis alueis, circumdatis loris tergorum bubalorum. Freti, latitudinem in cætum viginti millia passuum diffundi dicunt, qui fidem ad verum ratiocinati sunt. Ad Orientem insula mari Hibernico alluitur; ad Meridiem Oceano Verginio ad Occidentem Atlantico Oceano: ad Septentrionem Deucalidonio.



OCCIDENS

Ex Gualdo Camb.
 In Aras ubi hominum corpora non putrescunt
 neque non humantur sed diu exposita permanent in
 corrupta. Sic homines aut, aetate, erant longam
 sique sui feruere magna aduentum cognoscunt In ea
 non sunt nauis, et si aliunde illi fuerit, in mare
 missi se sequuntur sui impediuntur, emouuntur




CONNA
 HIBERNICVM MARE
 Gualdo Cambrogi

HIBERNIAE
 BRITANICAE INSV
 LAE NOVA DES
 CRIPTIO
 IRYN.
 Irlanda.

HIBERNICI MARE Margaritas
 sed subfuscas et luentes generat Polyt


Scala miliarum Anglicorum



ORIENS

Hanc insulam primum
 Angli inuenerunt de
 re Edmundo rege
 regni Colomanie du
 ces et Dno Sinculo
 equit anno 1172


SEPIENTRIO



Regnum hoc magnificentissimum vndiq; alluitur mari, excepta ea parte, qua Galliam contingit, ibi altissimis montibus, quos Pyreneos vocant, separatur à Gallia. Appellantur autem montes illi Pyrenæi à crebris fulminum ignibus, vel quòd syluæ in Pyreneo frequentes & habitationes iniecto à pastoribus igne præsci temporis flagrauerunt durante autè incendio aliquot diebus, ex montium concoctione cœperunt descendere stillicidia argenti liquefacti. & cum habitatores illorum locorum usum argenti non haberent, contemnerentq; metallū illud, superuenientes mercatores è Phœnicia, emerunt vilibus mercibus magnam vim argenti. Diuisa fuit olim Hispania in tres prouincias, Beticam quæ hodie est Granada, Lusitaniā quæ nunc Portugalliā vocant, & Tarraconē quæ hodie cōtinet Cataloniā, Castiliā, Nauarram & Galliciam. Fuitq; (si Iosepho & Beroso credimus) Tubal Nœ nepos primus Rex Beticæ, extruxitq; in ea regione ciuitatē quæ à se denominauit Tubal. Hic operam dedit rei pecuariæ, sicut omnes primi patres pecoribus alendis studuerunt, quæ & victum & amicitū homini ministrant. Hinc quoq; putant maiorem Hispaniæ partē appellatā Tarraconem, quæ cum Hebraica vox sit, Latine bonam possessionem significat. Successit Tubalo in imperio Iberus, à quo fluius quidam Iber est appellatus, & adiacens regio Celtiberia, Betus à quo Beticæ. Hispanus seu vt aliqui malunt, Hispalus à quo tota terra postea denominata est Hispania. Hesperus à quo eadē terra Hesperia dicta. Lulus à quo Lusitania. Posteaquā verò Romani sibi subiugassent Hispaniam, diuisa est in duas prouincias, Beticam & Tarraconensem, durauitq; partitio illa vsq; ad tēpora Attilæ, tunc rursus alia administratione Hispania est gubernata. Nouissimè sub Saracenis discriminata est in quinque regna, Galliciā, Nauarram, Castiliam siue Legionē, Cataloniā cui & Arragonia annexa est, Portugalliam, & Granatam, porrò Gallicia non diu proprium & distinctum mansit regnum: sed amisso legitimo hærede, incorporata est Tarraconensi. Alij adhuc plura numerant regna, Valentia, Toleti, Algarbiorum, Murtiæ & Cordubæ, nostro tempore omnia hæc regna in vnum contracta sunt, præter Portugalliam quæ proprium habet regem. Habet Hispania septem Archiepiscopatus, quorū sedes sunt in Tarracone, Cæsaraugusta, Toletō, Compostella, Brachara, Vlixbona & Granata. alij nouem ponunt, sub illis sunt autem plurimæ episcopales ciuitates. Modico interuallo distant Granada & Mauritania. namque ibi ingreditur Oceanus per magnas angustias in mare Mediterraneum, vbi & duo montes eriguntur in coelum, vnus in Mauritania qui Abila vocatur, & alius in Hispania cui nomen est Calpe, & hi à quibusdam vocantur columnæ Herculis, putantq; olim vnum fuisse montem seu saxum perpetuo iugo cōiunctum, quod Hercules suo robore perfrerit, intromiseritq; Oceanum in ipsam terram. alij insulam Gades asserūt fuisse Herculis columnas, tertij in Gadibus fuisse templum Herculis, in quo positæ fuerint duæ æneæ columnæ altitudine octo cubitorum in quibus signatus fuit sumptus pro ædificio illius templi factus: & nauæ ibi Herculi sua soluerunt vota. fuitq; locus ille secundum veterū opinionem finis Mundi, nec ausi fuerunt Hercules aut alij longius naues ducere in Oceanum citra vitæ periculum. Est autem Gades insula parua, habetq; tam pinguis pascua, vt nullum serum à lacte segrégent, sed cogantur affundere aquam, cum lac in caseum coagulare volūt. Multis quidem in locis Hispania inculta iacet, idq; ob saxum fundū, vel ob solitudines squalētes, aut ob alias causas, quamuis multò quàm Africa sit fertilior Suppeditat tamen Hispania multis in locis abundè ea quibus homo opus habet, vt sunt frumentum, vinum, fructus, oleum, pecora, linū, ferrum & metalla, mel, cera, piscosæ aquæ, & similia. Non coquit salem, sed effodiunt e terra. Non fatigatur terra tot ventis vt Gallia, nec inficitur ære pestiferis, paludibus, ac nebulis. Aurum, argentum & ferrum bonum & probabile nullibi in tanta copia vt in Hispania est inuentum. reperta namq; olim in Hispania sunt fragmenta auri depurati magnitudine dimidiæ libræ. Est & semper Hispania equorum pernicitate commendata, quos leuis armaturæ equites tibijs contractis pulchrè obequitant. Nomen magnum ab aliquot annis bellica fortitudine Hispani sunt adepti plurimis ab hoste partis victorijs, vt qui laborum, sitis & famis in acie sūt tolerantissimi, & in stratagematibus cautissimi, leui corpore, vt facillè hostē fugiant & sequantur. Oceani nauigationibus ad incōpertas regiones toto Orbe sunt clarissimi. Habentur etiam Hispani in religionis ritibus supra mortales omnes supersticiosi, per regis solium & vitam eius gentilitio more iurantes, & osculo manuum in salutationibus supplicat. Porrò de moribus & ritibus antiquorum Hispanorum Strabo & Posidonius mira scribunt.

SOLIS AD OCCASVM REGI SVBIECTA PHILIPPO PARVA TIBI MONSTRAT PVLCHERRIMA REGNA TABELLAC





Regnum hoc Lusitania olim appellata fuit, à Luso quodam Sicelæi decimoni Hispaniarum regis filio; isq; nominatus sic erat, quòd more Aramæo vbique sacra ludis & saltu ageret. eius loco nunc Portugalliaë viget vocabulum à Porto vrbe, aliquando Lauaria, & a priscis Portogallo nuncupata præter cæteros autores Franciscus Tarapha à Gallis populis appellationem sortitam ait: nam Galli (inquit) in Hispaniam nauigantes Portogallo ciuitati Oceanoq; vicino, & toti regno nomen dedere, quasi portus Gallorum. Ostio Durij flu. quem nunc Duero incolæ nominant, ea ciuitas propinqua est. Iam vero nec omne id quod olim Lusitania erat, Portugalliaë tribuendum: neque etiam omne id quod Portugallia nunc sibi vèdicat, olim Lusitania fuit. Cùm autem in vniuersa Hispania regna numerentur circiter quatuordecim: duo tamen ex his principatum tenent, reliquis sub se comprehensis, quorum alterum generali Hispaniaë seu Castiliaë vocabulo denotatur, alterum verò sub Lusitaniaë seu Portugalliaë vocabulo. Cœpisse autem regnum hoc dicitur circa annum Christi 10. idq; ea occasione: Henricus Lotharingiaë Comes à Gallia veniens, magnas aduersus Saracenos res gessit pro quibus meritis Alphonfus VI Castellæ Rex filiam notham Tiresiam nomine ei locauit, Galliciaë partem, quæ in Lusitaniaë regno continetur, pro dote assignans, Ex eo postea matrimonio natus Alphonfus, qui primus Lusitaniaë Rex est appellatus, primus item qui Vlyssiponam à Saracenis recepit, quorum quinque simul regibus vno prælio superatis quinque scutorum insigne facinoris monumentum posteris reliquit. Populi antiquitus eam coluere Oretani, ad Anam flu. confidetes, Orientaliora verò loca Carpetanorum, Vacceorum, Vetionumq; pars tenuere: oram verò quæ Durij fluij ripis contigua est Lubeni Narbalijsq; habitauerunt. Chalybis autem flu. tractum Geltiti Gallorum populi occupauere vbi & pleraque alia Hispaniaë loca tandem etiam Gothi ac Saraceni eò irrepserunt. Terræ haud multum Regnum hoc complectitur & cum reliqua Hispania haud quaquam comparandum, Galliaque multò angustius Regni metropolis est Vlyssipona, vrbs ampla & insignis, loco amenissimo sita, diuitijsque supra modum affluens, mercium quippe, quarum per vniuersum id regnum negotiatio est luculentissima. existens emporium, vnde quaq; aduentantium nauium commodissimum ac fama celebre receptaculum. Regis insuper aula sedeq; fortunatum cæterarum prouinciarum caput, Romanis aliquando Iuliam felicem appellatam credunt nonnulli. vna est ex tribus eius regni Archiepiscopalibus, earum verò Braga primatum sibi vendicat; cuius Præsul metropolitani vniuersæ Hispaniaë saluari contra Toletensem contendit iure. Tertia verò eadem dignitate gaudens est Funchala. Vetustos populi ritus eiusmodi tradunt vtriusq; qui Cosmographi: Sunt Lusitani Hispanorum fortissimi, scrutatores, insidiosi, veloces, agiles atque versatiles iaculum longè iaciunt, & summa arte, in acie diutius perseverant, mobili corpore leuique, vt faciliè & fugiant hostem & insequantur. Omnes montium habitatores victu simplici vtuntur, aquarum potores humi cubitores, montani homines duabus anni partibus querna vescuntur glande, quam cùm sicauerint, frangunt, molunt, panes conficiunt, & ad tempus reponunt. Hordeaceo vtuntur vino, nam vitis inopia laborant. Omnes ferè pullis amicti vestibus & fagis, in quibus inuoluti per stramenta cubant. Nummorum loco graui admodum sarcinarum permutatione vtuntur, vel extensi argenti laminaë frustum abscissum exhibent. Destinatos neci lapidibus obruunt,

parricidas extra montium confinia vel vltra flumina reiectos, faxis opprimunt. Aegrotos vetusto Aegyptiorum ritu in plateis deponunt, vt qui eo morbi genere tentati sunt, commune facere eos valeant. Annibus paruis & magnis irrigua est regio, qui omnes Tago ab ortu pariter difuncti sunt, & maiori ex parte nauigabiles, atque aurigrumulis abundantes: vicina verò Tago cæterorum opulentissima sunt oppida. Ager plerisque in locis argillofus; ac ob id minus fructibus fœcundus. Coimbriæ autem territorium totius Portugalliæ censetur optimum. Cum autem vitium penuria id regnum laborare dicatur, cõmendantur tamen apud externos Algarbiorum vina. Circumcirca tamen agrum Tagus habet bonitate conspicuum, aduersis etiam aquis nauigationes habens admodum faciles, etiam grãdioribus magnum ad spaciũ nauibus: reliquum verò ad cursum fluuiaticis vtuntur lembis, annis piscium feracissimus est, ostreorumq; redundãs. Hunc sequuntur Müliadãs flu. quem deinceps Mundam, hodie Mondegam appellatum videmus. Durius longo fluens cursu penes Numantiam, magnisque nauigijs permeabilis ad stadia ferè octoginta. Cauado hodie Morilhoque dictus, quem Nibin antiquiorum esse suspicari licet, & cui ab obliuione Lethes nomen inditum est. Minus omnes Lusitaniæ flu. magnitudine superans, ad stadia 800. nauigabilis. Montes Lusitania paucos habet, eosque haud magnos, lucubus plerosque nemoribusque consitos. Mineræ in hoc regno ab authoribus nullæ traduntur. Salem tamen fossilem illis aut esse, aut fuisse olim, ex Strabone liquet. Cumque fontium perennium in hoc regno numerentur vltra 25000. thermas tamen nullas ab vllis vquam authoribus predicatas reperimus.



Longè ante Christi tempora, & priusquam Romani Galliam suo dominio subegissent, præfuerunt Galliarum multi priuati, reges & principes, qui non magni fuerunt nominis, quales fuerunt Lugdus, Allobrox, Belgius, Treiber & alij plurimi, vnde priuatæ regiones suas mutuarunt denominationes. fuitq; tunc & aliquot annis post Christum natum ea regio Gallia, & non Fracia nuncupata. Assecuti sunt autem Romani dominium in ea ferè centum annis ante Christi natiuitatem, retinueruntq; illud propè quingentis annis. Interea autem temporis dum Sicambri, qui postea Franci dicti sunt, quiq; ostia Rheni & circumiacentem agrum possidebant indies crescerent & roborarentur viribus, cœperunt excurrere in finitimam Galliarum regionem, occupare arcès & oppida, atque exturbare Romanos, vt etiam anno Christi 420. Pharamundus vigesimus quartus Francorum Rex, primus fuerit in Gallia Francigenarum rex, atque sub eius filio Clodio, atque nepote Meroueo Sicambri ferè totam adepti fuerint Galliam, relictisque prioribus mansionibus, quas circiter 870. annis tenuerant, migrauerunt in Galliam, potiti eius dominio. Didicerunt quoque Gallorum linguam, quam Romani introduxerant, & cõformes fecerunt moribus eorum sicut & alij Franci qui à fratribus suis secedentes, & pagum Mceni, vbi Herbipolis est hodie, occupantes, didicerunt Germanorum linguam & mores, Pharamundus verò (Warmundus Germanicè) vnanimiter à suis electus in Regem, transtulit sedem suam à Francia Orientali in Fr. Occidentalem, posuitque legem quam Salicam vocant, ne regni successio in colum transferatur, hoc est ne mulieres regni hæredes fieri permittantur. hunc secuti sunt reliqui reges in hodiernum vsque diem. Porro quod ad nobilitatem siue equestrem ordinem in Francia, is maximis hodie fruitur commoditatibus ac priuilegijs, eoq; fit vt magno quodam affectu Regem complectantur, & vtinam quoque pro ipsius ac patriæ salute profundant, neque enim vllum pendunt tributum, & armatis licet ipsis esse quocunq; loco, multa que habent vitæ præsidia, sic vt non sit opus illiberalem aut quæstuariam aliquam artem exercere. Quod ad fertilitatem regionis huius, ab antiquis temporibus semper culta, tam in vrbibus & oppidis quàm agris, hortis & pratis: nullusque à tempore Christi in tota Gallia angulus incultus fuit, præter lacus & nemora quæ culturam non admittunt. præcipuè autem loca Mediterraneo, mari propinqua mira sunt fertilitatis, vt etiam ibi cypressi & rosmarina passim per campos crescant sua sponte, sine omni humana solitudine, haud secus quàm in hisce partibus crescunt, iuniperi. Mala punica, granata & citrones nullibi frequentiora sunt quàm in Prouincia. Deinde quàm nobile in illis partibus crescat vinum, imò per totam Galliam, quæ tot irrigatur & fecundatur amnibus, dici non potest. quàm ferax sit ager Parisianus, poteris hinc colligere, cum vice quadam rex Ludouicus XI. scire vellet quot armatos viros Lutetia producere posset in agrum, numerati sunt septuaginta millia virorum procedentium ad militiam; vbi igitur multus est populus, necesse est vt fecundum habeat agrum vnde eis sufficiens suppetat victus. Eum per multas easque amplissimas habeat vrbes Francia, omnium tamen maxima est Lutetia Parisiorum, cuius encomium elegantissimo carmine descripsit Eustachius Knobelsdorpius Prutenus, quod hic subiungere prolixum nimis foret. Architreminus tamen poëta luculenter his panegyricis versibus de ea sic scribit:

*Exoritur tandem locus altera regia Phæbi
Parthiis, Cyrræa viris, Chrysa metallis:
Græca libris, Indæ studijs, Romana poëtis,*



FRANCIAE
 accurata descriptio.
 FRÄNCKREICH
 mit seinen orientzen.
 1589



*Attica philosophi, mundi rosa, balsamus orbis,
Sidonis ornatu, sua inensis & sua potu,
Diues agris, secunda mero, mansueta colonis,
Messe ferax, inoperata rubis, nemerosa racenis.
Plena feris, fortis domino, pia regibus, aura
Dulcis amœna situ, bona qualibet, omne venustum,
Omne bonum, si sola bonis fortuna faueret.*

De Normandia quoque scribitur, quod præter metropolitanam & alias sex præcipuas ciuitates, habeat 24. minora oppida, vicos quoque & castella sine numero. Habet rex Galliarum Rothomagi in metropolitana Normandiæ ciuitate senatum doctissimū, prudentissimosq; viros, qui toti prouinciæ ius dicunt. Sunt etiam in ea vrbe potentes mercatores, ob quorum traiectiones & mercaturas, nomen vrbis longè lateque apud multas gentes est cognitum. Habet autem hæc regio copiam piscium & pecorum atque frumenti; sed & pomiferarum arborum tanta est in ea multitudo, vt ex pomis potum faciant, aut pro magna parte in alias deferant terras. In summa, abundant omnibus rebus ad vitam humanam necessarijs, præter vinum quod ibi non crescit.



LEODIENSIS EPI = 61 SCOPATVS.



Piscopatus hic amplissimus populos sub se complectitur Cæsari veteribusque notos ac celebratos Eburones, quorum vestigium retinet Eburra oppidulum, milliario vno ab Leodio distitum. Tungros qui se Germanos primi dixere, à Leodio & Traiecto ad Mosam equis interstitijs trium milliariorum Iecker fluv. sinistra ripæ insitens oppidum. Centrones eo loco habitasse contendunt multi, vbi hodie non nihil mutata voce Saintr Truden esse putant: oppidum autem istud non à S. Gertrude, vt multi opinantur, sed à Sancto quod à Trudone, sepulto in Abbatia ista Benedicti ordinis, nomen suum adeptum est, à Leodio sex, à Tungris tribus distans milliariis. Ceresinos autem, quorum meminit Cæsar, apud Cerei castrum habitasse, id à Leodio tribus abest milliariis. Continet verò Leodiensis Episcopatus territorium, Ducatum Bouillonensem: Marchionatum item Franci Montensem, Comitatum Borchlonensem seu Lootensem, & Comitatum Hasbanæ, cuius ciuitas præcipua est Borchvvoorm. Baronatus verò plures complectitur: Abbatias opulentissimas vltra quinquaginta: oppida autem ciuitateque muris vallisque munitas, præter easque Traiectensis sunt Diocæses, viginti quatuor. Earum prima & maxima est Leodium, eademque metropolitana, mirum in modum inter montes celissimos in amenissima quadam valle extructa. Mo fluius perluitur, is duobus ramis urbem ingressus in complusculas insulas elegantissimas eam dispecit, abundat insuper vrbs ipsa fontium perennium perpetua scaturigine, complures enim domos inuenias tribus aquarum viuientium fontibus ornatas. Ciuitas est amplissima, vtpote quæ suo complexu contineat montes altissimos, torrentes complusculos, vineta haud pauca. ædificijs constat lapideis pulcherrimis, palatium habet Episcopale magnificentissimum, collegia, monasteria & xenodochia permulta, templum in vrbe, tum in suburbijs vltra centum populus in ea frequentissimus, incolæ industrij, & ad quæuis idonei, lingua vtentes Gallica, eaque admodum corrupta, quod inter vtramque Germaniam Galliamque siti, ab vtrisque non nihil mutantur. Omnis ferè præterea Leodiensis vrbs vicinia vinum profert, quam admodum tenue & ignobile. Carnis, piscium, ferinarum, venationis ingens copia est, vix tandem possibile æstimant regionem quampiam reperiri pulchriorem, magisue fertilem aut feliciorem hac ipsa, siue aerem spectes, siue limpidissimos fluuios vndique agros irrigantes, seu sylvas opacas, montes vallesque vineta & fructus per omnem vicinum agrum prouenientes. Reliquæ vrbes sunt Bouillon, Ducatus titulo insignis: Borchloon Comitatus dignitate pollens, quemadmodum & Borchvvoorm Tungri ciuitas olim maxima ac metropolitana, Episcopali dignitate clara anno sal. 1011. Episcopatus postmodum anno 138. Traiectum, tandem anno 713. Leodium translatus est per S. Hubertum. fuit autem is Bertrandi Ducis Aquitanæ filius tempore Theodorici Regis Francorum: atque à S. Lamberto Episcopo Traiectensi in fide & Religione diligenter instructus, bonis suis in pauperes distributis, in eremum secessit, & vitam satis arctam annis aliquot duxit. Inde angelica admonitione Romam se confert & à Sergio Pont. Max. Traiectensis Ecclesiæ, ordinatur Episcopus (Lamberto iam martyrio coronato) Dabaturque ei clavis aurea & stola, qua potestas absoluedi & ligandi significata est. Inde Leodium translata sede, templum Beatæ Mariæ primum in honorem diui Lamberti construxit nomenque ciuitati Leodium imposuit, cum antea Legia vocaretur. Tungrorum autem ciuitas nobilissima ab Attila Hunnorum rege funditus euersa destructaque fuit, præter cætera insignia magnificaque ædificia, vltra 100. templorum ruinas videre erat, vnde eius amplitudo facile col-

ligitur.



Sanctus Hübertus filius Ducis Galliae Aquitaniae, Episcopus trigesima transiit in aedem sedem Episcopalem Leodunum anno Christi 715. ac ibidem erexit aedes sacras in honorem sanctorum Lamberti et Petri. fuitque primus Episcopus Leodiensis. Obiit anno Dni 727 ac requiescit in templo Dni Lamberti. Tempore Alberci Cygobdensis qui fuit 84 Episcopus Leodunum anno Dni 1199 inuenti fuerunt Leody carbonis fossiles, germanice Steinkolen. in forum vero lingua Hoyle. Spax fontem habet per celebrem ferruginei saporis, ad varia morborum genera sananda efficacem cuius etiam Rini, memant Libro 11. Et quae Regio haec feracis, exhibens agra, vinea, mares, fentes, sylvas, valles, fodinas carbonarias ac metallicas, ingenia excellentissima.

LEODIENSIS EPISCOPATVS

John Haffnercher etc. Coloniensis

ligitur, postmodum tempore Caroli Calui Imp denuo à Nordmannis excisa fuit, vt hodie rantum imbecille & exiguum fit oppidulum. Haud secus Hoi ciuitas osi fa- mofa, ampla potensque propter crebras euersiones à barbaris nationibus perpessas, vix quicquam retinuit: quin & ipsum nomen mutauit, hac enim ætate Hoyà torrente quodam impetuoso ibidem in Mosam influente dici coepit, cùm ante Benefacta ap- pellaretur. Fluminibus amnibusque limpidissimis regio vndique rigatur, quorum maxima pars Mosæ miscetur. Syluis affatim plena quæ Arduennæ portiones sunt. Montibus hinc inde tumulatur. vnde minærarum fodinas ceruere est, nam præter ferri fodinas, quæ iuxta Hoy ac Dinantum oppida exercent, vbi alabastræ, marmo- risque variegati ac diuersi coloris ingens copia eruitur, plumbi quoque auri que non nihil reperitur. Ipseque Leodienfis ager foueis cuniculis in imum actis, ad miraculū profundis, assidue fatigatur, vnde & ferri & carbonum quos lichantraces vocant, ver- nacula lingua Steentolen/ ingens eruitur copia. Thermis insuper aquarum calidarū haud minus regio hæc à natura donata est. Tungrensium thermarum meminit Plini- us lib. 31. Nat. hist. his verbis: Tungri ciuitas Galliæ fontem habet insignem, plurimis bullis stillantem ferruginei saporis, quod ipsum nisi in fine potus intelligitur, purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia, eadem aqua igni admota turbida fit, ad postremum rubescit. Hæc Plinius. Verum is fons non ipsa Tungrorum vrbe, sed octo milliaribus ab ea distante loco visitur, à Leodio quinque, à Lim- burgo duobus cum dimidio, haud procul à Spay oppidulo, eum fon- tem acidum, lingua autem vernacula Saurborn vocant accolæ. Salis etiam nitri vix vsquam plus fit, quàm in hoc Leodienfi agro.





Lotharingia antea cum reliquis quibusdā regionibus Aufrasia dicta, sortita est hoc nomen à Lothario nepote Caroli Magni, incorporataque Romano Imperio sub Ottone I. A. Carolo enim Magno vsque in generationem quintam posterius eius simul gubernarunt Franciam & Germaniam, aliquando per distinctas personas, sed sanguine iunctas, aliquando etiam per vnam personam. Extincta autem in quinta generatione tota posteritate saltem virili Caroli Magni, Galli propriū sibi elegerunt Regem, Germanis relicto imperio, quod prius & Gallis & Germanis commune fuit. In illa autem imperij scissione Otto dux Saxonie factus est Romanorum Imperator qui Lotharingiam & Burgundiam reduxit ad Imperium. Lotharingia etiam olim & Brabantia vnita fuere sub Principe Aufrasiae, manseruntque sic coniunctae vsque ad tempora nepotum Caroli Magni, tunc enim disiunctae sunt, cessitque Lotharingia Lothario, & Brabantia fratri suo Carolo, anno scilicet Christi 956. aut circiter. Latius autem olim Lotharingiae nomen extendebatur, comprehendebat enim ferè omnem terram quae Rheno, Scaldi & Vosago monte continetur, diuidebaturque in superiorem & inferiorem Lotharingiam, comprehendebatque inferior Brabantiam, Hasbaniam, Geldriam & Cluiam, superior autem Episcopatum Leodiensem, Lucenburgum ac Limburgum: ducatum praeterea Mosellanum, Palatinum Surensem, tractum Obrincanum, atque hodiernum ducatum Lotharingensem cuius subiecta tabula typum exhibet. Regio interim haec pecorum est ditissima, frumenti quoque ac vini feracissima, nec destituitur piscinis, syluis, thermis, sale, ferro, plumbo, stāno, argento, gemmis, speculis ac Chalcedonio. Fluijs irrigatur permultis, horum quatuor praecipui sunt. Mosa in Elfatiae monte Vosago oriens, à quo potior Lotharingiae pars Vosagia dicitur, fines perfluit Nouicastrī (vrbs autem ea) & propter loci amoenitatem, & propter aeris salubritatem commendatur valde) Lotharingia à ducatu Barrensi distinguens. Mosella inter Ortum & Meridiem haud procul à Romerico monte oritur: decoratus est autem locus ille cœnobio nobilium virginum, reditus vberrimos quotannis habente: distantque circiter sex ab eo milliaribus thermæ, ad quas varijs morbis afflicti homines se conferunt. celeri inde cursu Spinallum, Chermas, Leucam & Mediomatricem perfluit, inde Treuiros, ac tandem Confluentiae Rheno miscetur. Murthi flu. in valle erumpit Deodatenfis, in qua & diui Godeberti fons est, qui ad multiplices sanandos morbos diuina gratia efficax esse perhibetur. hinc ipsam urbem Deodatensem perfluit, ac deinceps munitissimas illas & ad omnem belli euentum instructissimas vrbes Rauonum ac Luneuillam. inde S. Nicolai pagum petit, ac porro totius Ducatus metropolim Nanceium urbem, insignem quidem ac celebrem, vallis quoque & aggeribus firmitissimam, duplici namque eaque praeterea & fossa & muro circumdata est: tandem Mosellae miscetur. Quartus est Sar fluuius ex Oriente per Aufrasiam Mosellae influens. Quamuis autem rebus permultis affluat Lotharingiae ducatus, ex ijs tamen quibus maximè commendatur praecipua haec sunt. Principio quidem montes habent, omnis metallorum generis abundantia Pyrenaeos montes longè superantes: maximè autem argenti fodinae, supra quam dici possit foecundae sunt, ex qua quidem argenti vbertate haud paruus ducatus fructus accedit. Neque salis fodinae desunt, qui & suavissimus & Sychica niue candidior ibidem conficitur, atque haec fodinae dentis omnibus impensis supra centum millia Francorum (vt vocat) Principi suo important. Reperitur & materia quadam in eo, ex qua specula & pocula vitrea conficiuntur, neque vsquam regionum in tota Europa ad hunc vsunt inuenitur praestantior. In Vosagi montis valle fontes conspiciuntur tanta gemmarum ac vnionum seu Margaritarum aut Baccarum copia abundantes, vt in tota Germania nullae ijs frequentiori in vsu sint, quae vel ab ipsis gemmaris longè praerferuntur Indicis ac Orientalibus. Lazuli etiam lapis quidam, quem & Azarum vocant, nitore & coloris praestantia omnes ferè gemmas superans. Chalcedonius autem tantae magnitudinis ibi nascitur, vt mediocris magnitudinis poculum ex vno sibi



cornari curauerit præfectus Dolensis, quod fide digniss. Abrahamus Ortelius vidisse se affirmat. Præterea & lacus est, quatuordecim miliaria in circuitu cõplectens, carpiones producens mirandæ magnitudinis, tres videlicet pedes longos & vnũ latum, & saporis adeo suauis, vt totius Europæ carpiones longè superent. Atque hic lacus triennio quoque retibus expiscatur, ex eaque piscatura, quod vel pueris notum est, circiter sedecim Francorum millia Lotharingiæ duci proueniunt. Quid, quod & generosissimorum equorum foecunditate celebratur? feritate enim Turcicos, celeritate ac dexteritate Hispanos, magnitudine Anglicos superant. Similiter & viros proceros atque agiles, foeminas autè bene formatas regio hæc procreat. denique omnium rerum prouentu quæ ad vitam humanam sustentandã requiruntur, felix est. Franciscus quidam Roseus librum singularem cõscripsit, in quo copiosè agit de stemmate & origine, rebus item præclare gestis ducum Lotharingiæ. Munsterus etiam eorundem ducum seriem accuratè satis in Cosmographia sua percutrit. Terminatur autem regio ab Ortu, Alsatia: à meridie, finibus Burgandiæ: ab Occidente, Campania & montibus Heluetijs: à Septentrione verò, Eyphalæa, siue montibus & syluis quæ à Lucenburgenfi ducatu Flandriam versus protenduntur.



Antiquis tēporibus sepe tentatum fuit vt Burgundia erigeretur in regnum, sed nūquā diu constitit in hoc fastigio. Quin & Carolus vltimus dux Burgundiæ laborauit apud Fridericum Imperatorē vt conaretur in regē, at non fuit illi concessum. Anno Christi 1020. factus est rex Burgundiæ Rudolphus gener Burchardi ducis Sueuorum, cuius filiam Bertham habuit vxorem & idem focer Conradi Imperatoris. Cōplectebatur tunc Burgundiæ regnum Sequanos, Superiorem Burgundiam, Allobroges qui hodie vocātur Sabaudi, Delphinatum, & territorium quod est circa vrbem Arelatensem, vbi scilicet Rhodanus exoneratur in mare mediterraneum. Sed non longē post diuisa est terra in multa dominia, vbi regum filij sunt multiplicati. Burgundia fuit diuisa in Comitātū & Ducatū habuitq; anno Christi 1300. suos peculiare dominos, sicut & terra Lugdunensis obtinuit suum principem. Porrō ducatus Burgundiæ, cuius præsens tabula typum exhibet, in ea Galliæ Lugdunensis parte sita est, quam olim Hedui tenuerunt. terminatur autem versus Septentrionem Campania & Velaunodunis; versus Occidentem Niuernensibus & Borbonensibus; Meridiem versus Lugdunum respicit: versus Ortum Rodel flu. eum à Sabaudia & comitatu Burgundiæ diuidit metropolis eius olim erat Authun, hodie verò Digion siue Dijon, in qua summum tribunal seu parlamentum (vt vocant) est. Sita est autem ad Ousche amnem pisculentum, in agro plano frugifero, cuius finitimi mōtes (vt accuratissimus terræ huius descriptor, Turonensis testatur) vini pretiosissimi feraces sunt. Cū aliquibus ab Aureliano Imp. condita existimetur, non desunt tamen qui antiquiorem ipsam esse credant, hodie autem vrbs est admōdum amœna, arte & natura bene munita. Hanc sequitur Beaulne cuius vinum, quod Belnense dicitur, cuius probatur: ædificijs egregiè exornata, atque arce à Ludouico XII. ibi locata inexpugnabilis effecta. Xenodochium habet quod vel magnificentissimo regis palatio æquari possit. Grammatophylacio quoq; non destituitur. Anno 1098. Otto dux Cisteritiense extruxit monasterium, in vrbs huius territorio, loco syluestri paludinoso, vnde etiam à Cisternis nomen sumpsisse creditur, atq; hoc ipsum Belleforestio teste. 1800. virilium monasteriorum caput est ac totidem muliebrum: Tertium locum sibi vendicat Austun siue Aurtun; quæ Bibracte quibusdam (nullius tamen probati scriptoris testimonio munitis) esse perhibetur. Cū ex alijs, tum præcipuè Cæsare liquet an. plissimam ac populosissimam olim vrbem fuisse, conspicitur autem & hodie collapsa, ac diruta theatri cuiusdā structura, præter statuarum ac columnarum ruinas, destructa aquagia, deiectasq; sexangulas columnas, aliq; innumera propemodum antiquitatis monumenta: qui & numismata haud pauca, vasa quoq; & alia olim vsurpata supellectilia quandoq; reperiuntur. euersiones namq; duas perpessa est insignes, alteram in bello. Gallico, Caio Celsæ summo belli duce, alteram sub Gallieno Imperatore. Restauratam verò eam deinceps esse Constantino Claudij filio, ex Panegyrico Eumenij liquet, dum ipsam Flauiam Heduorum appellat. Hodie etiam templis & publicis ædificijs magnificè exornata est. Post hanc Ansonne ponitur in qua Matisconēse castrū Antonini, hodie, Masccon nuncupata, olimq; Comitatus titulo nobilitata. probare conatur Paradinus ex Gūtharmi edicto in hac primū vrbem diem Solis pro Sabbatho à Christianis sanctificatum. De huius vrbs rebus gestis peculiarem libellum fecit Philippus Bugnonius Hæcolim Guntrami sedes fuit regia, quam tamen postea Lotharius Ludouici




Pij Aug. filius exussit, funditusq; ita euertit, vt vix alicuius ibi vrbs vestigia agnosci potuerint: hodie nihilominus florida est ciuitas, & ad merces inueendas aptissima. Habet præterea ducatus hic ciuitates & oppida haud vilia, vt pote Chastillon, Flaigni, Saloigne, Noiers, &c. quas omnes copiosius persequitur Belleforestius. Illud denique ex petro Saniulano adijciemus, quod contra omnium qui hucusq; vixerunt, sententiam, Burgundia vocem contendat non compositam esse ex Burgis vndique constructis, sed à loco quodam peculiari BurgOgre dicto: inter Luzam enim ac Thilastellam planiciem esse ait, quam Valdogne indigetarunt, in eaque olim fuisse Burgum siue urbem munitam fuisse, ex eoque nomen traxisse Burgundos seu Burgundiones, quos vernacula lingua Bourgognons vocant, Atque idem eorum ridet sententiam qui ex Sarmatia & à Maeotide palude in hanc terram olim migrasse incolas opinati sunt, cum reuera ipsos Aborigines esse asserat.





Consentiunt in hoc veteres scriptores, Ianum, qui & Ogyges, eo tēpore venisse in Italiam, quando Mundus adhuc fuit aureus, & homines iusti. Ipse docuit homines plantare vinum & frumentum, & de eis facere oblationes atque temperatē inde viuere, fuit namque Ianus sacerdos & vir religiosus, doctus, philosophus & Theologus: fuit, inquam, pater deorum & hominum, caput & rector totius primi generis humani, à quo suo æuo magni & lati orbis pendeat custodia. Egressus est Ianus iste post diluuium ex Aram ea, quæ postea Armenia, in Italiam, condiditque in ea ciuitatem quam de suo nomine Ianuam appellauit, quæ hodie Genua dicitur, postea verò tota regio ab eo Ianicula est dominata. porrò vxorem eius aiunt Vestam fuisse. Deriuatur autem Iani vox ab Hebraica voce Iaijn, quod vinum significat, denominaturque ex eo Ianus, quòd primus fuerit inventor vini & conservator humani generis in diluuiò. is autem fuit patriarcha Noah, quem & gentiles agnouerunt ex maiorum suorum dictis. Sub eo recenti Mundo pura illa vixit ætas quæ aurea dicta est, annis 250. post diluuium. Cùm autem Hesperus in Ianiculum concessisset, ab eo denominata est Hesperia, etiam si Macrobio placeat sic dictam quod Hespero stellæ sit subiecta. Fuit etiam aliquando à Camele Camefena, & à Saturno Saturnia dicta. Item ab Aegypto Ofride, qui & Iupiter cognominabatur, qui tamen Dionysius vocabatur, dicta est quibusdā Taurina: adeptus enim fuit inclytam victoriam contra gigantes. Quin veteres non raro vocitant eam græco vocabulo Oenotriam vel à bonitate vini quod ibi nascitur, vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Tandem verò dicta est Italia ab Italo Sicularum rege, qui agriculturam Italos docuit & leges posuit. Proinde duo Maria quæ Italiam includunt, nempe Adriaticum à ciuitate Adria, quæ Atria dicta, cuius situs non longè abest ab ora Padi, fuitque olim ciuitas magna & ampla, vbi nunc ager Ferrariensis iacet, cuiusque vestigia adhuc parua quædam extant: à quo non solum mare Adriaticum, sed & Athelis præterlabens fluuius, Atrianus vocatus fuit: etiam si Strabo urbem potius à fluuiò denominatam fuisse dicat. Tyrrhenum verò mare, à viro Græco nomine Tyrrheno nomen accepit, qui ex Lydia in Italiam veniens certam oram terræ de suo nomine Tyrrheniam vocauit. Id autem haud diu post excidium Troianum factum scribunt. Ob insignem igitur fertilitatem qua Italia est prædita, illico post diluuium habitationi est adapta, culta & castellis adornata atque frequenti habitatore repleta, qui & diuersis eius locis & successoribus suis nomina sua reliquerunt, tamen si quidam temporum successu propter translationes aut aduentum aliorum populorum quoque mutati sint è sedibus suis. Porrò hæc numerantur principales partes & regiones Italia: Histria, Galliatogata, Liguria, Tuscia, Vmbria, Latium, Campania, Apulia, Calabria & Græcia magna, progressu tamen temporis alia atque alia nomina partitionesque succreuerunt. Aelianus de Italia hæc scribit: Incoluerunt Italiam plurimi homines, & vix est terra in qua plures fuerunt coloni quàm in Italia, idque propter summam & eximiam eius fertilitatem dispositionem Marium, & commoditatem portuum Maris, superauit etiam mansuetudo incolarum omnium aliarum nationum incolas, & numeratæ sunt olim in ea 1166. ciuitates. Nostra verò tempestate multa oppida subuersa sunt, iacentque in rudibus, multi que duces quos nacta est intra 359. annos, nullam ei attulerunt vtilitatem, nec defensa est ab eis. notantur etiam quidam Rectores de tyrannide, nempe qui occuparunt patrimonium S. Petri in iacturam sedis Apostolicæ. Hæc Aelianus. Vtque omnia paucis comprehendamus, Guilhelmi Kyriandri verba subiiciemus. Italiã (inquit) videre atque cognoscere. in primis est opera precium: Nam si varias Imperiorum formas, si bene, melius, atque optimè constitutas resp. si leges diuersas, si præclaros homines & ingenia, disciplinarum etiam & artium omnium alumnos, si morum non modò optimorum, sed etiam pessimorum exempla, si corruptelas, mōtium asperrimaque iuga, conditiones agrorum varias, facultates omnium rerum quæ terra continet, in explicabiles, si portus nobilissimos, & littora multorum marium vdis

circum



circumfusa, ciuitates pulcherrimas, ædificia magnificentissima, nouarum urbium res flo-
rentissimas, veterum miserandas reliquias, totius antiquitatis vestigia, virtutum cuncta-
rum trophæa: vitiorum omnium monumenta, naturæ operum varietatem infinitam, bre-
uiter, quicquid excogitari queat, si desideres, in Italia ni sit, extra Italiam haud quærendū
crediderim. Hæcenus Kyriander. Fluminibus rigatur plurimis, ac penè innumerabilibus,
quorum præcipua sunt Tyberis, Pádus, Arnus, Vulturinus, Lofatus, Iesernus, Sanguicus,
Piscarus, Druentus, &c. Mons Italiæ totius præcipuus est Apenninus, quem sic dictum fe-
runt ab Api prisco duce, qui totam Italiam deuicit, perpetuum huius montis iugum in-
star est Italiæ dorso, quod elatum Italiam diuidit per mediam regionem sensim
incedens, tandem in duo cornua deducitur, altero quæ siculum, altero
Ionium mare respicit. Sylvarum præterea, thermarum ac mi-
nerarum copiam regio tota exhibet.



NEAPOLITANVM REGNVM

64. b.

N amplissimum hoc regno quod dimidiam penè vniuersæ Italiae portionem complectitur, præter Latij partem, integræ octo comprehenduntur opulentissimæ & amoenissimæ Italiae Regiones, quæ sunt: Campania felix, Lucania, Brutij, Magna Græcia, Salentini, Apulia Peucetia, Apulia Daunia, & Samnites. In vniuersum regio tum montuosa tum campestris est, & aquarû scaturiginibus abundantissimè irrigata, & cæli temperie salubritateque, rerum vbertate ac varietate, ingeniorum præstantia, & corporum robore adeo felix ac beata, vt nulli alteri regioni cedat. sunt hîc nobilissimi portus quamplures, inter quos præstantes ac famosi sunt Gaëtanus, Tarentinus, Brundusinus, Neapolitanus, ac Boianus. Montes hîc frigides sunt & admirandi: fontes iucundissimi ac saluberrimi tam aquarum dulcium ac frigidarum, quàm calidarum & medicatarum, quæ diuersis moribus mederi solent. Innumeri isthuc sunt fluuij, qui regionem vniuersam mirificè irrigant & fœcundant, inter quos nobiliores sunt Truentus, Phiternus, Sarus, Aternus, Aufidus, Vulturinus, & alij. Promontoria etiam aliquot insignia, & horribilitate sua famosa, qualia sunt Leucopetra, Lacinium, Iapigium, caput Scylaceum, & caput Vrsi. Sunt verò in hoc regno septem officia, nempe magnus Comestabilis, magnus Iustitiarius, magnus Admirahs, magnus Quæstor, magnus Protonotarius, & magnus Siniscalcus. & præter hos principes viri seu proceres Regni magno sunt numero. nam Principes titulati sunt 21. nempe: Asculi, Auellini, Bisiniani, Capistrani, Cariari, Casertæ, Conchæ, Francauillæ, Melphi, Meliti, Molfettæ, Salerni, D. Boni, D. Seueri, Scallæ, Squillacis, Sciliani, Sulmonæ, Terami, & Venosæ. Duces præterea sunt tres & triginta, nempe Ariolæ, Amalphis, Andrij, Arcæ & Soræ, Atrij, Boiani, Bouini, Castelli Sanguinarij, Castrouillaris, Euoli, Ferrandina, Feroliti, Grauinæ, Mataloni, Marting, Môtisalti, Montis Leonis, Nardi, Nuceria, Populi, Montisdraconis, D. Agathæ, D. Petri in Galatina, Seminara, Suesæ, Sicignani, Summa, Taliacotij, Termoli, Terracouæ, Turris maoris, Traieæ, & Tripaldæ. Marchionatus vero sunt 53. Comitatus 58. & Dominia quindecim. Curia in super hîc sunt quaternæ, quas sedes appellant, nempe Capuana, Nidensis, Moncana, & D. Gregorij in quibus principes, duces, marchiones, omnesque proceres & ceteri ordines ad consultandum communiter & de rebus publicis conueniunt. Status Ecclesiasticus constat viginti Archiepiscopis, quibus per multi subiecti sunt Episcopi, hi sunt: Neapolitanus, Capuanus, Salernitanus, Amelphitanus, Surrentinus, Cannofanus, Acherontinus, Tarentinus, Brúdufinus, Orensis, Hydruntinus, Barensis, Tranensis, Sipontinus, Manfredonius, Beneuentanus, Roxanensis, Consentinus, Rhegiensis, S. Seuerinensis, Theatensis, & Lâcianus qui Regius est, nullosque sub se alios habet Episcopos. Exempti sunt Melphiensis, & Troiensis Episcopi. Totius porro regni metropolis est Neapolis in Campania sita. vocatur autem Campania, vel quod campestribus se locis pandat, vel potius à primaria eius olim vrbe Capua, cuius incolæ Campani dicebantur teste Liuius. sed hæc antiqua dicitur Campania, ad differentiam nouæ Campaniæ Romanæ, quæ est Latium. Felix præterea cognominatur ab huius ora Italiae felici, beataque amœnitate. Postremò apud vulgum Terra laboris seu di Lauoro, à bonitate agrorum qui ad culturam & arationem maximè sunt idonei. In hac regione est lacus ille Auernus poëtis celebratissimus, cuius aqua sapore salsa est, & colore nigra, profunditatem habens 360. vlnarum. Est & hic mons Misenus forma promontorij, intimis viscèribus adeo perfossus, & cryptis ædificijsque fornicatis, quæ numerus columnarum maximus fulcit ac sustinet, excauatus est, vt ijs fornicum pilis incumbere prorsus & insidere videatur. Est & mons Vesuuus, nunc ab oppido Summa Summanus dictus, ad eius radices sito, qui, vt ait Procopius, à Neapoli 70. stadijs ferè abest, urbemque ipsam & Aquilonem spectat, vndique circumiectis montibus diuisus, circum radices saltibus syluosis, vt etiam in lummis cacuminibus, quippe ibi inuius horrendusque est. media eius vo-

rago pro-




rago profunda, quam in intima ferè viscera præaltè penetrare coniectura est. hinc ignis & flammæ erumpunt, eratque olim omni ex parte excelsus, antequam internæ partes igni absumerentur. fumum interdum, noctu verò flammam reddit & pulverem proiecit, saxa ventorum impetu emittit, & maximos strepitus reddit. Ferunt ad hunc montem cum Plinius Secundus ad perscrutandas eius incendio causas, vi æstus ac sulphuris odore interijisse. Olim huius regionis caput fuit Capua, quæ ob eius opes, amplitudinem ac potentiam Carthagini & Corintho æquiparata fuit, at nunc in ruinis iacet, visunturque adhuc ingentia rudera quæ satis pristinum eius splendorem indicant: & duobus ab ea miliarib. Ital. ad dextram Vulturii ripam condita est nova Capua. Nunc autem caput non tam huius regionis quam totius regni Neapolis est, vrbs lautissima ac nobilissima, Maris littori, & amænissimorum collium radicibus apposita, & Parthenope quondam vocata, cuius forma oblonga est, ac circuitus septem miliarium. Splendidissima verò ædificia, mœnia firmissima, & arces penè inuictas habet, præsertim castellum nouum, castellum Capuanum, Castellum Oui, & Castellum sancti Tremi. Vias præterea elegantes ac directas habet, & aëre permolli. placidissimo ac iucundissimo gaudet, quo fit vt ad eam principes viri ac nobiles non tam recreationis ac voluptatis, quam sanitatis gratia, sicut olim, concurrant. Incolæ numerosissimi sūt & omni nobilitate clari. Extra vrbs huius muros versus Austrum moles in Mari conspicitur summa arte confectæ ad portus commoditatem atque tutelam, vbi ex omnibus Orbis partibus naues concurrunt. Gymnasio publico omnium disciplinarum à Friderico 2. Imperatore vrbs ipsa nobilitata est, vbi innumerus studiosorum grex confluit. Prodierunt ex hac vrbe aliquot summi Pontifices, multi Cardinales, alijque viri opibus & dignitate polentes. Ager vrbs amænissimus est & deliciosissimus, omniumque frugum & fructuum mirè fecundus, in primis autem hortis cultissimis ad eò ornatur, vt paradysus deliciarum totus hic tractus videatur. Præter Neapolim sunt aliæ quoque vrbes in Campania satis claræ, vt pote Theanum, Caluum, Aversa, Caserta, D. Agatha, Nola, & Summa. Isthic fuit etiam Cumæ vrbs antiquissima & nobilissima, in monte ascensu difficili & arduo posita, ad mare spectans. non longè à qua vrbe versus Auernum lacum, antrum est admirabili arte, & maximis sumptibus in saxum effossum, quod quidem hodie vulgò Sybillæ cauerna nuncupatur. Est etiam Puteoli ciuitas, à qua Puteolanus sinus dicitur, antiqua, & Cumanorum olim emporium, licet hodie non adeo ampla sit, Sunt etiã in Capania Picentini populi, sic dicti à Picentia metropoli quondam eorum. Inferior denique Calabria Brutiorum est regio. Superior autem ea est quam olim Græciam magnam vocabant, & hæc torius Italix versus Siciliam extremitas est.



MEDIOLANENSIS DVCATVS. 65



Mediolanum eodem adhuc nomine ciuitas potentissima ac populosissima in apertis campis opportuno admodum situ posita est, spatium complectitur amplissimum, & vicatim olim huc habitatur, nunc vero eximia dignitatis collecta vrbs est, interque maximas totius Europæ numerata, comprehendit enim 200000. habitatores, comprehensis parulis, suburbia longa & lata admodum habet, quibus plurimum augetur, quam cum suburbij ipsi lata aquarum fossæ cingunt per quas vndique nauigijs annonæ copia defertur tam magna, vt omnia vili pretio hic emantur. Sunt hic tam diuersa artificum genera, tantaque frequentia vt mirum sit, ædificijs quoque splendidis, ac magnificis omnis generis nobilissimis familijs, & populo mirificè industrio repleta est. Ager vrbs cæteris Italiæ præstat oryzæ copia ob aquarum commoditatem. Quatuor summos genuit Pontifices: Alexand. II. Urbanum II. Cælestinum V. & nostris temporibus Gregorium XIV. ac permultos insuper Cardinales, & viros armis literisque inclytos. Titulo Ducatus potitur & subiecta nunc est Hispaniarum Regis potestati. Arcem habet (quam portas Louias vocant) munitissimam, vnum ex præcipuis totius Europæ propugnaculis, vt eo non vrbs tantum sed tota eius ditio sub imperio retineri possit quoniam nulla humana vi expugnari potest. Mediolanensis hic Ducatus ambitu suo complectitur 300 miliaria, in quem Hispaniæ Rex gubernatorem cû titulo etiam Capitanei generalis mittit, qui præest tribus militum millibus, & equitibus Hispaniæ mille leuis armaturæ, & sexcentis equitibus qui pro tutela huius status continuò hic permanent. Ex Mediolanensi hoc statu Hispaniæ Rex prouentum habet 80000. ducatorum aureorum sed administratio causarum ciuilium & criminalium pendet à Mediolanensi Senatu in quo sunt 16 Doctores, & nonnulli prælati ac patricij Mediolanenses. Lauda ciuitas, vulgò Lodi, perhonestas, diues, lauta, rebusque omnibus abundans est populum habet ad mercaturam, ad arma, & ad diuitias conquirendas solertem. Agrum habet amœnum, irriguum aquis & fertilem tritico, siligine, milio, cæterisque frumentis, his adde linum, vitem, aliosque fructus. campis gaudet latissimis, præterque parulis ad rem pecuariam apprimè necessarijs: vnde tanta casti copia hic conficitur vt etiam in alios Italiæ locos transmittatur hæc Mophæi Vegij poetæ patria est, & hodie similiter Hispanorum potestati subiecta. Papiæ, quæ & Ticinum à fluuio cui adiacet, dicitur, qui fontes in Alpibus habet, monte scilicet S. Gothardi, vrbs est situ & aere mire salubris, sed parum amœna & populosa, quatuor à Pado flu. miliaribus distans, agro mirum in modum fertili, tantæque vbertatis vt vulgò Mediolani hortus nuncupetur, feris etiam, auibus, & piscibus nobilibus affluit. pontem habet lapideum amni Ticino appositum, & Gymnasio publico ac disciplinarum omnium celebri ornatur, an 1351. à Carolo IIII. Imp. instituto, quod detrimenta non leuia passum fuit à Franc. Galliæ Rege, quando urbem ipsam obsedit, antequam à Carolo V. caperetur, sed inde Pontificum Rom. & aliorum Principum munificentia & liberalitate iterum constitit. Nouaria ciuitas modico in colle sita, partim plano agro amœno ac fertili, partim montoso sterilique potitur. pernobiles habet familias aliquot, quæ patriæ ipsi per sæpe clades inuexere. Comum vrbs nobilis ac opulenta in Meridionali Larij Lacus ripa amœnissimo in loco ponitur, adeo vt ad solas delicias videatur constructa: nam ab vna parte lacum ipsum habet, ab alia verò (scilicet versus Meridiem) agrum peramœnum, & omni fructuum genere feracissimum, aerem præterea iucundum ac salubrem. Rheti populi, quos Plinius Venonetes vocat, incoluerunt



luerunt olim eum terræ tractum supra Veronā ac Comum, quem in duas Curias par-
 tiebantur. Cantiani, gens Alpina, tenent Aximam urbem nunc Belenzona vocatam
 in valle Laurentina. Caturiges seu Caturgidi, parua gens Alpium, qui tenuerunt ciui-
 tatem Lburodanum circa Verbanum Lacum: Charges eorum oppidum nunc Galli
 vocant. Porro in hac Lombardia Transpadana præstantiores fluij ceteris sunt: Mi-
 neius, qui profluit ex lacu Benaco præcipua claritate & ad Mantuam decurrens, eam
 insigni stagno circumfudit, atque hinc eadem claritate pergens, in Padum exoneratur
 Ollius, qui Brixiani & Cremonensis agri in parte est discrimin, atque ex lacu Isei (Pli-
 nio Sebino vocato) emanat, quo Brixienfe & Cremonense territoria maiori ex parte
 irrigantur. A Addua vel Abdua fluuius, qui nõ in Adua monte, vt censuit Plinius fon-
 tes suos habet, sed in altissimi mōtis Braulij gremio, quem Plinius & Strabo iuga Rhetica
 vocant: in lacum autem Larium profluit, è quo redditus per planitiem in Padum
 tendit, vnaque Serium amnem in eundem defert. Lambrus, perpetua aquarum clari-
 tate nitens, optimorum piscium copia abundat. Ticinus, ex Alpibus profluens, in Ver-
 banum lacum confluit, è quo egressus in Padum quatuor miliaribus vltra Papiam ex-
 oneratur. hic aquis pellucidus est, & piscium nobilitate famosus, præsertim laudatissi-
 mis Thymallis, aurum etiam & argentum ex eius arena percipitur. Sencia vel scesia,
 Plinio Sessites, profluit ex Alpibus supra Burgum, & in Padum exoneratur. Sunt quo-
 que lacus præstantissimi in hac regione, & piscibus refertissimi, nempe: Benacus qui
 hodie Lago di Garda dicitur, interdum fluctuosus valde est & procellosus, tempesta-
 tes imitans Marinas, non sine magno summorum nauium periculo, optimorum autē
 piscium copia refertissimus est, & in primis truttarum & carpianum. qui sanè pisces
 perrari sunt, ac paucis in locis reperti. cingitur vbique (præterquam à Meridie) altif-
 sime & amœnissimis montibus, ager omnis generis arboribus, oleis præsertim frequē-
 tissimus, & nonnullis caltris ornatus. Idritius siue Idrinus lacus nomen sumit à castro
 sibi appposito. Isæus lacus, Plinio Sebinius, vulgò Lago de Isse dicitur. Larius lacus siue
 Comensis, Benaco maior est, optimorum piscium fertilis, coronatur vndique mon-
 tibus quorum cacumina castanearum arborum nemora habent, latera vineas oleasq;
 radices verò syluas in quibus ferarum venationes frequentes fiunt. Lugani lacus,
 quem alij Fucanum etiam vocant ab oppido sibi adiuncto, admodum tortuosus est
 tribus præcipuè ramis, ab hoc profluit amnis Tressa, qui in lacum maiorem per currit,
 circumquaque verò permultis oppidis & vicis conuestitus est. Verbanus lacus, omni-
 um in eo tractu maximus, ingenti procellarum vi sæuit, maximè à vento Australi a-
 gitatus pisces habet optimos, præsertim truttas permagnas, lucios insignes, & pi-
 sces etiam aurei coloris. circumquaque ornatur honestis oppidis,
 vicis, collibus, campis, pratis, aliaque
 fertilitate.



Sicilię insulę nomen à duce Siculo ortum tradūt, quem Neptum filium fuisse ferūt Prius verò Trinacria vocabatur, quòd tribus promontorijs triägula esset, vnde Ouid libr. 4. Fast. Terra tribus scopulis vastū procurrat in equor, Trinacris à positu nomē adeptā loci. Tria verò ista promontoria sunt: Pelorus ad Italiam & Aquilonem vergens contra Scyllam, hodie Capo del faro dicitur. Alterum Pachynus ab aeris crassitudine, nunc verò Caput passerum dicitur. Tertium est Lilybæum, Africę & Libyę oppositum. Hinc cęlo sereno videri potest Africa, hodie Capo boco. Sicania olim dicta, vel à Sicano rege, vt Solinus & Capella, vel à Sicanis antiquis indigenis, vt Diodorus Siculus, referunt: Siciliam insulam principio à Cyclopibus habitatam, præter autoritatem scriptorum etiam cędauera, seu schelota enormis mensurę ac proceritatis in ea reperta, cuiusmodi tradit Bocatius in antro quodam montis haud procul à Drebanō vrbe sito: cuius corporis longitudo 30 circiter pedum colligitur. Post hos autem eam incoluerunt Sicani, deinceps Siculi, mox Indi, Troiani, Cretenses, Phœnices, Calcedonij, Cornicij & reliqui Gręci, Zanclei, Guidij, Morgeti, Romani, ac denuo Gręci, Gothi, Saraceni, Normāni, Lombardi, Sueui Germani, Galli, Arragonij, Hispani, Calatani, Genouenses, & tandem Pisani, Lucenses, Bononienses, Florentini, qui populi omnes diuersis temporibus diuersa Sicilię loca occuparunt habitaueruntq;. Incolę moderni ingenij habentur acuti, subtilis, nobilis ad inueniendum, natura facundi facetiq;. sed vltra modum loquaces, vnde prouerbio locus, Gerrę Siculę. Lingua vt plurimum vtuntur Italica, verū minus grata politaue. ac eosdem etiam moribus, habitu, reliquoq; victu referunt. Regni titulo decoratur insula: estq; diuisa vniuersa in tres prouincias quas valles vocant, ac definit quęq; vallis in vnum, ex promontorijs. Prima Demino vel Demona vallis Pelorum promontorium habet, & nemorum plena est. Altera vallis de Notho dicta, & frumentarijs tū campis, tum nemoribus læta, pecorūque fœcunda, Pachinam continens. Tertia vallis Mazarę dicitur, frugiferarum arborum penē impatiens, messibus armentisq; abundans, Lilybæum sibi vendicat promontorium. Regni metropolis est Panormus, vrbs vetustissima, sita in valle Mazarę, loco amœno & fertilissimo, Septentrionem spectans, pelagoq; alluitur Tyrreno, muris septa perquam altis, & secundum mare arx est, quam castrum ad mare nomināt. Tres item antiquę ciuitatis portę, & veteres muri multis cum turribus lapide quadrato constructi. Inueniuntur lapides literis inscripti, quibus Noe temporibus fuisse Panormum planē constat. Dulcium arundinum, quas cana mellas vocant, quarum ex recocto succo fit saccharum, fertiles in Panormitano agro sunt messes. Syracusę regia olim ciuitas in valle de Notho sita, vrbs quandoq; maxima plucherrimaq;, ac triplici septa muro, portus etiamnum duos habet, qui cū diuersos inter se aditus habeant, in exitu sunt coniuncti, quorum coniunctione insula ipsa disiungitur. ea tanta fuit vt ex quatuor aliquando vrbibus constaret, quarum vna est quam diximus insula, quę duobus illis portibus cincta (magnum & paruum vocant) quęq; in præsentia, cæteris solo æquatis, tantummodo stat. in vrbs huius insula fons est, cui nomen Arethusa, poetis celebratissimus. agri Syracusani omnium quę ad victum humanum pertinent rerum longē fertilissimi sunt: tritici etiam, omnisq; leguminum generis lætissimas ferunt segetes: Catinia ciuitas in Demona valle mari vicina. ager Catanaicus totus fertilis est, & præsertim vinum ibi natum præstat omni vino Siculo. Agrigentum perueusta ciuitas, in Mazarę valle Phalari tyranno nobilis, quem æneo boue tormento sequissimo donauit Atheniensis faber Perillus, cuius supplicij ipse primum edidit speci-



Philippus II. a Hispanie, Indiar, Insular, Siciliæ, etc. Rex Catholicus



SICILIA

OCCIDENS

ORIENTS



TRINCV M

MERIDIE S

MARE ME
DITERRANE
um verius Græ
ciam
et Moream

Joan. Baptistæ excudit

mē Messana quoq; verusta Siciliae ciuitas est in Demona valle sita, hodie satis prospera & pollens ab Italiae finibus Charybdis freto, portuq; natura ipsa discreta, ab Occasu collibus munita. tritici messibus, quia montibus clauditur & pelago, caret: nemoribus abundat, sed tota propè eius messis in mororum folijs consistit. probatissima enim à Messanijs lana serica in multas Europæ partes mittitur. Plinius in hac insula vrbes 72. numerauit. hodie Episcopales cōtinet 12. Insula est nobilissima, fertilissimaq; rerum omnium, Cereris, Bacchi, croci, mellis, sacchari, olei, plantarum ac simplicium medicinaliū. Fluminibus rigatur plurimis, ac portus exhibentibus tutissimos. Montes habet aërios, aquarum dulcium, fontiumq; copiosos, fructiferos & amœnos, Aetnam montem, nunc Montgibet dictum, mirum suis incendijs. Minærarum præterea diues est Sicilia: generat enim aurum, argentum, ferrum, alumen, salem tum coctilitium, tum fossilitium; præterea & salis speciem ex marina aqua coagulescentē. Generat insuper gemmas pretiosas, Smaragdos, Agatos, in Acatio amne. Effoditur & Berillus in magna copia. item Porphyrites lapis omnium ferè colorum; nec non Iaspis, & in mari iuxta Meslanam & Drepanum generatur Corallium. Thermis hinc inde abundat, calidis tepidisq; sulphureis, aluminatis, cuius materiæ ibi ingens copia: vnde & montium conflagrantium ignes. laudatissimæ tamen Cifalenses thermæ habentur.



SARDINIA INSVLA. 67

SARDINIAE insulae latitudo & longitudo à Ptolemæo & Plinio diligentissime descripta est. Metropolitim totius insulae Calarim hodiè vocant: vnde bidui in Africam est traiectus. Longitudo insulae ad sex dierum iter pediti expedito patet; latitudo, duorum. Oppidorum nomina quæ nunc vsurpantur, ab ijs quæ Ptolemæus & Plinius ponunt, plane sunt diuersa. Quæ Corsicam respicit, in montes frugiferos attollitur; at quæ Africæ obtenditur pars tota in planitiem explicatur, frumenti feracissima; etsi vix vlla pars insulae sit infecunda Pecoribus & pascuis abundat; ac proinde carniū & caseorum vili precio mirabilem suppeditat copiam. Boum tergora, vt & caseos, mercatores magno cum lucro in Italiam & Hispaniam auhunt. Insulani tam cicures quam syluestres equos magno habent numero; qui magnitudine quidem, non tamen robore, forma aut agilitate ceterarum regionum equis sunt inferiores. Tantus tota passim insula frumenti est prouentus, vt quotannis magna eius vis in Italiam & Hispaniam à mercatoribus transportetur. Quod si incolæ paullo essent sagaciores magisque industrij, credibile est soli vbertatem Siciliæ nihil cessuram, immo maiorem futuram. Vinum producit præstantissimum, magna copia, albi & rubri coloris. Oleum non gignit, incolarum magis ignauia, id genus arboris non ferentium, quam soli vitio. Oleastri enim in syluis passim non paucis reperitur: vnde facile conijci potest, nec oleas domesticas defuturas, modo ars & industria agricolæ accederet. Tentauere nonnulli, non sine emolumento. Ceruis quoque apris, damis abundat: præterque has aliud ferarum genus ibi reperitur, Muffali nomē ab incolis sortitum, quo magna ex parte illi victitant, præsertim qui montana colunt. Fera hæc ceruum pilo & forma refert, sed cornua gerit incurua auribus circumducta, arietis instar. Magnitudine mediocrem ceruum æquat, gramine velcitur, inter asperos montes fere se continens, pernici cursu, carneque ad vescendum sapida. Lupum non fert Sardinia, nec vllas alias noxias bestias. Damnosissima quadrupedum ibi Vulpes est, magnitudine par illis qui sunt in Italia, tantis viribus vt robustum arietem ac vitulum etiam interficiat. Veteres prodiderunt, nullum venenatum animal in Sardinia gigni; at aerem parum esse salubrem: tum herbam quandam produci, quam comedens, ritu emoriatur: vnde prouerbiū ortum: *Risus Sardomus*. sed hac de re nihil dum certi compertum habemus: illud constat, serpentes & scorpiones non deesse, sed innoxios fere. Fluiujs & lacubus piscolis irrigatur, præsertim circa Oristangam oppidum. Aquis etiam dulcibus scatet, præsertim circa loca montana, & Calarim metropolitim. Thermæ quoque non defunt, eæque non insalubres: quæ tamen incolarum incuria nostro tempore magna ex parte sunt collapsæ. Argenti etiam fodinæ reperiuntur, præcipue ad Ecclesiarum ciuitatem. Quod vero parum inde argenti eruitur, incolarum sit vitio, qui si in fodiendo essent diligentiores, maius quoque facturi erant operæ precium. Plinius scribit alumen quoque in Sardinia effodi: cui tamen experientia nostri temporis aduersatur. Salis quidem frequentes atque vberes passim sunt fodinæ, ad Calarim imprimis. Coralia quoque ceteris fere præstantiora, mittit; sed albi coloris per pauca. Ad cœli ingenium quod attinet, aere gaudet salubri, exceptis locis planis, ac præsertim circa Oristangam oppidum, vbi solum paludibus est refertum: è quibus ascendentes vapores aerem ita inficiunt, vt exteri ferre eum ægre possint. Incolis denique iam olim frequens fuit; atque hodie etiam populosa satis est, & oppidis ac pagis exulta. In montibus passim & asperis locis etiamnum antiquæ structuræ visuntur, è saxo factæ, instar turrium



acuminatę; ceteroqui vallis siue propugnaculis nostratium vrbium nõ abfimiles. Fluuij quidem tota insula plurimi decurrunt, sed parum profundi, & vbiq; fere, ætate præsertim, vadosi. Diuiditur in promontorium Calaris, & promontorium Lugudoris: quarum singulę partes suum habent præfectum, siue Hispanum siue Sardum: at præsentē ipso prorege (qui Hispanus est natione, quum hęc insulę Hispaniarum regi subiecta) parum ij habent potestatis. Artes liberales plane negligunt insulani. Legendi & scribendi vsum tantum sibi parant, quantus ad patria iura intelligenda satis est. Galenus & Auicenna parui apud eos æstimantur: vnde fit vt ægroti medicis suis parum debeant. Sacerdotes parum litterati sunt; ac pauci Latine lingue habent peritiã, magis liberis procreandis quam legendis litteris dantes operam. Incolę equis scite vtuntur; at ob diurnam pacem armis parum sunt instructi: nec vllus fere tota insula ijs cudendis reperitur artifex; sed si opus quandoq; ijs haberent aliunde, ex Italia vel Hispania, comparare sibi necesse haberent. Rusticorum vxores in vestitu & moribus singularem præ se ferunt honestatem; ciuium e contra, opibus ad pompam & luxum abutuntur.






Orsicam nomen suum à muliere quadam eius omnis accepisse ferunt. aiunt quidam à Corso eius terræ domino. quamquam (vt ait Thomas Porcachus) dicunt alij sic appellatam à qualitate cacuminis montis alicuius: eò quòd korfos apud Græcos sonet Templum cacuminis, seu Templum montis. Olim à Græcis Cyrnus vocabatur, à Cyrno Hercules filio, sed prius Terafina dicta erat. Insulæ huius primos cultores fuisse ferunt Persas, qui prius sub Caspijs habitauerant, ac Caspij Corsi nominabantur. Hodierni Corsice incolæ etiamnum, vt olim, habentur homines agrestes ferocesque, qui vel ipso aspectu animi ferocitatem referant. Homines pauperrimi, ac à literis profus alieni. Diuiditur autem Insula in quatuor partes. Latus Orientale ab incolis dicitur Banda di dentro: Occidentale Banda di fuora; Meridionale quod vergit versus castrum Bonifacij di la da monti, id est, Transmontana; Septentrionale versus promontorium, quod caput Corsum dicunt. di qua da monti. id est, Cisfontanam vocant. Iulius memorat olim in ea fuisse ciuitates triginta tres: hodie nullam ferè habet præter vnam Bastiam, paruum maritimamque urbem, in qua residet supremus Gubernator, quem quotannis illis constituunt Genuenses. Est & Nebbium ciuitas cum Comitatu, eam Ptolomæus, Cerfunum videtur appellasse. Portus habet binos hæc insula satis amplos, maximarum nauium capaces, in sinu qui vocatur S. Florentij. Est & sancti Bonifacij portus, à Ptolomæo dictus portus Syracusanus. Insula pessime culta: est enim aspera petrosa que, loca habens altissima ac deserta. Crescit optimum & nobilissimum vinum in ea Insulæ parte quæ respicit Tiguriam. Fert quoque refinam, mel & similia; non tamen laudatur mel in ea collectum. Referta est ouibus & bobus ea pars quæ respicit Hetruriam Italiz; est mediocriter plana, habetque ibi foecundum solum, & producit nobiles & dulces fructus. In reliquis ferè locis aditu est difficilis ob montium asperitatem. In montanis quæ vocantur. Illia Orba, vbi insula est eleuatissima, ingens numerus oberrat animalium, quæ ipsi Capras alij Mustolas appellant, animal præterquam in hac insula & Sardinia nusquam apprens in tota Europa: habens corium & pilos instar cerui, & cornua instar arietis, non longa, sed retro circum aures reflexa præcipue duritie, vt si altitudine 50. pedum præcipitetur inter saxa, ac capiti incumbat, non lædatur, magnitudinem retinens cerui mediocris, Solisque herbis vescitur, cursu præd tum velocissimo, carnes habens gustu lapidas. Fluminibus rigatur Gelone, Tauigano, Sagona, Bauono, Tegiamo, ac nonnullis alijs. Syluis nemoribusque quæ refinam exhibent: montes hinc inde vestiuntur. Montes verò præcipui sunt, quos dixi Illia Orba vocati; item Cheparteno mons, mons Tenda, mons Gualango, mons Rossus. Ferri minæras habet in comitatu Nebbieni, secundum Biuiacum amnem, & propè Sanctam Florentium. Salis fodinæ sunt dictæ ab incolis, Salinæ della Roia. Sunt præterea valles quædam profundissimæ, nebulis nullo non anni tempore obductæ, in quibus Chrystallum ferunt haberi. In mari autem inter Corsicam & Sardiniam Corallium legitur. Thermas habet complures, vt eas quas vocant de pietra Pola; item propè Asca in valle Caroggia; item in territorio Nebbieni nonnulla alia. Ab Occidente & Septentrione respicit mare Ligusticum; ab Ortu Tyrehenum; à Meridie Sardiniam. In hanc insulam aliquando irruerunt Saraceni, eamque sibi vendicarunt, Genuenses autem duce Ademaro classem expedientes atque insulam adeuntes, eam de manibus infidelium eripuerunt, eamque etiamnum sub potestate sua retinent, ita vt per totam insulam nulli incolarum arma gestare liceat; dantque illis Genuenses singulis annis gubernatorem vnum generalem. Fuit & in insula hac ciuitas antiqua Aleria dicta, tribus ferè miliaribus Germanicis distans à Bastia (Bastia autem penult. prod. dicitur) Sed iacet hodie in ruinis, nec quisquam ibi nunc habitat præter pastores, translatusque est inde Archiepiscopatus ad Bastiam. haud procul ab area ciuitatis Aleriz habitur fluius quidam, qui maximus habetur inter amnes Corsicæ.



Corsica insula maris Mediterranei, ingressu admodum difficilis propter arduas quibus tota circumdatur montes. quoniam et interior maxima ex parte montosa est, unde et frumenti minus ferax. In precto tamen est vinum Corsicum, quod inde Romam auclitur. Equos praeterea gignit egregios, quemadmodum et canes venaticos. Incolarum etiam Corsicae fortitudo militaris commendatur apud Italos. Primum insula haec a Tyrrhenis capta est, inde a Carthagenensibus, quibus eam postea eriperunt Romani, a quibus et recentia sunt, donec a Saracenis expellerentur, et deinde a Genuensibus, qui et ipsi postmodum a Pisaniis expelluntur, atque per eos in Pontificum potestatem insula rediunt, tandem a Genuensibus recuperatur, sub quorum etiamnum est imperio. Descripsit autem Corsicam Leander Albertus ex commentariis Augustini Justini adeo exacte ut nihil penitus in ea desiderari videatur.



CRETA, quæ nunc Candia dicitur, insula est maris Mediterranei, Cypro maior, sed Sicilia & Sardinia minor, licet nobilitate & fertilitate præstantissimis quibusque par. Est autem media quodam modo inter Europam, Asiam, & Africam. Cureta olim ab habitatoribus Curetibus vocabatur, & per Syncopen Creta. alij Cretam dicunt appellari à Crete quodam Iouis & Idææ Nymphæ filio. alij à Crete Nympha Hesperidis filia. alij à Crete rege vetustissimo. Sunt etiam qui si-ciosum magis quam eruditum adferunt etymon, dum Cretam a montibus seu folsis cretaceis aiunt appellari, atque idcirco etiam nonnullis ab albedine seu candore Candiam appellari. Dicta etiam à multis olim fuit Aeria, Macaros, & Macaronesos, & Hecatompolis à centum urbibus, quarum quidē quadraginta circiter Plinij ætas nouit. Exasperatur hæc insula montibus, Ida maximè, qui mediæ insulæ altissimus imminet, pedem eius oppidis circum coronæ instar ambientibus, è cuius summo vertice mare facillimè conspicitur, vtrumque insulæ latus alluens. reliqui montes primarij sunt Leuci, nunc de Marara vocati, alias Ia Spachia appellantur: & Dicta, qui nominatur Sethia, quibusdam locis Lasti: qui quidem montes adeo celsi sunt, vt nix tota hyeme eos operiat, tametsi Cupressi hinc inde inter saxa conuallium nascantur. Et quoniam adeo frequentes in easunt montes, rara sunt isthic campeltria, itaque multa sunt loca inculta, quæ tamen non minorem centum adferunt dominis quam fertile solum, quoniam pecudes vberes pastiones isthic eueniunt. Isthic magnos greges alunt Striphoceri arietum & caprarum, qui illis ex caseis & lana quotannis magnam pecuniæ vim reddunt. Abundat præterea insula hæc vitibus, oleis, malis punicis & ziphis, ficis, alijsque fructiferis arboribus, inter quas vastæ magnitudinis aureæ mali, Citria & Adami poma, quæ ferunt, è quorum fructibus succus exprimitur, eoque dolia implentur, quæ Constantinopolim & in alias Turcæ subiectas prouincias feruntur: siquidem eo succo plurimum in cibis Turcæ vtuntur. In primis verò illud generosum vinum sola hæc insula producit, vulgò Maluaticum, olimque Pramniun vocatum, quod in plurimos Europæ locos diuchitur, atque longa vectura maiorem acquirit præstantiam. Profert grana quibus panni colore rubo intinguntur, cuius census ingens est item mel, ceram, caseum quæ omnia exteris longè meliora sunt. Laudanum profert copiosè hæc insula, quod intolerabili labore ex arbuscula Cisto, qua huius regionis montes vestiuntur, colligitur, quod quidem ex primarijs medicamentis est nostra suffumigia, siue odoratos pastillos ingredientibus. Isthic etiam nascitur medicinalis herba quæ Dictamnus vel Dictamun dicitur, soli Cretæ peculiaris & quædam alia herba Halimò vocata, quæ quidem admorsa diuturnam famem prohibet, præter innumeras alias herbas medicinales, quæ in montibus copiosè leguntur. Lupum, vulpem, nullumue aliud noxium animal Creta habet, nec serpentem: quam ob causam magna cum securitate greges in aruis pasci solent, præcipue Striphoceri (trictum genus) qui erecta cornua gestant. Piscem habet Creta in littoribus admodum frequentem, muli barbati magnitudine, alijs regionibus valde rarum, qui Scarus nominatur, cuius veteres scriptores meminerunt. & apud Romanos olim in delicijs fuit, primarium locum inter reliquos pisces facillè obtinens. Nullum in tota hæc insula fluum nauigabilem esse affirmat Bellonius, aut qui paruam solum nauiculam ferre possit inueniuntur tamen multi magni riuus, in quibus sponte & sine cultura colocasia crecit, atque fluuiatiles cancri inueniuntur, quorum etiam fluentiu riuorum commoditas, acrisque temperies occasionem præbent incolis cultissimos hortos.

SEPTENTRIO

CRETA IOVIS MAGNI MEDIO IACET IN SVLA PONTO.

CRETICVM MARE




LIBYCVM MARE



Quod fecit

Scala miliarium Italicorum



MERIDIES

CANDIA, QVE ET CRETA, preter Siciliam ac Sardiniam insularii in mari Mediterraneo maxima; dititate ac fertilitate ne illis quidem cedens rerum nauticarum periculissima, Venetorum hodie imperio subiecta. Locales semper astutus tanta et calliditate pollentes producit, ut praeteris insigne ac celebratissimum illud eligium antiquis sibi meruerit: Κρήνην αὐτῆς ἑαυτῆς ἑαυτῆς ἑαυτῆς ἑαυτῆς.

hortos instruendi, & elegantia vineta, eaque magna quantitate, quæ ipsis magnum cẽ
 sum adferunt Præterea Labyrinthum quod nunc in Creta conspicitur ad radices mō
 tis Idae, eum non esse asserit Bellonius, cuius veteres meminerunt, quem tamen omnes
 Cretæ incolæ adulterino Labyrinthi nomine demonstrare cognoscunt. Namque in
 Latomia fuit solidi admodi & elegantis saxi, è qua lapides diuersis locis exempti sunt,
 cum Gortinæ & Gnosii vrbium ædificia extruerentur. Inignes in hac insula vrbes
 olim fuere Cortina siue Gortyna, Cydonia, Gnosus seu Gnosus Minois regia &
 Strabonis Geographi patria. Hodie ve. ò omnes huius insulæ ciuitates in quatuor tā
 tum redactæ sunt, populosæ satis, & quatuor sub se habentes territoria, in quibus tota
 partita est insula suntque omnes sitæ in Boreali littore. Prima est Sittia seu Cytia, o
 lim Cyteum, versus Ortum exposita, quæ pusillum nunc est oppidum, populosum
 tamen, & quartum Cretæ propugnaculum. Secunda est Candia, olim Matium, quæ
 primaria, & metropolis est, & munitissima, à qua insula nomen inditum. Tertia est
 Rhetymum, olim Rytimna dicta. Quarta & vltima est Canea à parte Occidentis, quæ
 & ipsa munita est, & amplitudine sua Candia succedit, olim Cydon vocabatur, à qua
 Cotoneæ mala Cydonia dicta. Sunt præterea quindecim oppida his quatuor princi
 palibus vrbibus subiecta, nam in Cananeæ territorio sunt oppida vulgo: Apocorno,
 Chissamo, Selino, S. Nichita, & Sphaia, in quo quidem territorio sunt 240 quos vul
 go Casales dicunt, & 14 paræciæ Latinæ, inter quas est D. Mariae, vbi residet Episcopus
 & 33 paræciæ Græcæ. Cylamum oppidum omnino ferè dirutum est, cuius tamẽ
 veteres muri adhuc integri permanent, estque humili loco situm, non procul à litto
 re vbi Aegæum mare ad Septentrionem prospicit. Selino castellum est in colle sitū,
 Spachia oppidum muris non percinctum, arcem habet aduersus pyratas per fugij cau
 sa extructam in qua præfecto vix commoda est habitatio. Rhetimi territorium ha
 bet Milopotamo oppidum, & Casales continet 265, in quibus Ecclesiæ sunt Latine o
 cto, & Græcæ 36. Candia territorium habet oppida sub se Maluisin, Themene, Ca
 stel nouo, Priotissa, Bonifacio, Beluedere, Padiada, & Mirabello, Casales habet 465 Ec
 clesias Latinas 22, inter quas vna est Archiepiscopalis sedes, & paræcias Græcas 77
 Sythiæ territorium habet oppidum Gerapetra & Casales 74. Ecclesias Latinas 6, inter
 quas D. Marci est residentia Episcopi: & Ecclesias Græcas 11. Gerapetra oppidum pu
 to esse Voulistmeni castrum olim Panormus, quod adhuc integrum est,
 interque Cythiam & Candiam ad litus maris in edito si
 tum, ad cuius latus sinistrum horrenda est
 Maris vorego.



GRæcia Europæ regio, quæ & Hellas, à quodam Græco, qui latè in ea olim rerum potitus, sic appellata. Mutauit quidem sapius nomen suum, subinde à regibus præfidentibus nomen accipiens, sed nullum firmitus ei mansit quàm Græcia. Hæc itaque ab isthmi angustijs incipit, & à Septentrione in Meridiem vecta, qua Sol oritur Aegæis, qua occidit, Ionijs fluctibus obiacet. Thermopylæ mediam dirimunt, vt Apenninus Italiam. Extremos montes ad Occasum Oetam vocant, quorum quod altissimum est Gallidromum appellant, per cuius vallem in Malliacum sinum iter est, non latius sexaginta passibus. Hæc vna via militaris est, per quam si nemo prohibeat, traduci potest exercitus. Cætera loca adeo ardua & perplexa, vt ne expeditissimis quidem sint peruia, ideo pylæ quasi portæ dictæ, & à calidis aquis inibi nascentibus Thermopylæ. Iacent ad mare versa, A carnania, Aetolia, Locris, Phocis, Bœotia. Eubœa penè terræ annexa. Attica & Peloponnesus longius prædictis in mare excurrunt, diuersa montium specie, & qua ad Septentrionem obuersa iacet, includitur Epirus, Magnesia, Thessalia, Pthiote & sinus Malliacus. Nobilior autem Græciæ pars est Peloponnesus, iugiturque Atticæ per isthmum, totius Græciæ quondam arx dicta. Nam præter inhabitantium in ea gentium nobilitatem atque potentiam, ipse locorum situs principatum designat atque imperium. multi sinus insunt & promontoria multa. Angustias eius per fodere nauigabili aluo Demetrius rex, dictator Cæsar, Gaius princeps, Domitius Nero, in fausto, vt omnium exitu patuit, incepto tentauerunt. Græci principes, postquam Turcarum potentia in Europam penetrauit, ex mari ad mare producto per angustias muro, Peloponnesum à reliqua Græcia disunxerunt. murum hexamilium appellauerunt ex loci distantia. Hanc prouinciã hodie Moream Latini vocant, contineturque in ea Messania, Laconia, Argos & Arcadia. Amurathes expugnata Thessalonica, subacta Bœotica & Attica, ad hexamilium vsque profectus, perterritis Græcis diruit murum, tributumque annuum deditibus se Peloponnesibus imperauit. Postea vero Christiani negantes tributum, & hexamilium instaurantes, à Turca pecunia multati, hexamilium denuo est destructum, & Peloponnesus Turcarum subiecta imperio. In Sparta Laconicæ metropoli olim vixit Lycurgus insignis philosophus, qui ciuitatem optimis institutis & legibus excoluit, cum antea ferè ex omnibus Græcis soli Lacedæmonij pessimè morati essent; introductis autem varijs ac prius inauditis moribus legibusque ne dura nimis viderentur esse instituta illa delicatoribus, eorum autorem Apollinem finxit, & inde se ea detulisse. Si quis igitur Laconica ingenia propius aspicere aut penitus cognoscere desiderarit, consulat Apophthegmatum volumè Def. Eras. Vt autem æternitatem legibus suis daret Lycurgus, iureiurando ciuitatem obligauit, nihil eorum quæ sanxisset mutaturos priusquam reuenteretur, se ad oraculum Delphicum profecturum, consulturum quid mutandum addendumue legibus suis videatur. profectus igitur in Cretam, perpetuum ibi agit exilium, moriensque ossa sua in mare abijci præcipit, ne Lacedæmonem delata, Spartani se de non mutandis legibus à iuramento absolutos putarent. In medio Peloponnesi sita est Arcadia, regio montosa, cuius incolæ plerique sunt pastores, apud hos in magno pretio fuit Lyfania, qui ob virtutes eius præclaras Iouis nomen adeptus, habuitq; postea in Olympia Arcadiæ ciuitate templum suum, vetustate & cultu nobile, eratque ante templum lucus oleastris confitus, ex quibus victores connexis ramis coronabatur. Claruit &



Prometheus in Arcadia, vir acutiss ingenij & spectatæ peritiæ, primus hic de terra hominum simulacra formauit, & arte quadam veluti spiritum habentia moueri fecit, in deum in altissimo Caucaſo monte reſideret & Aſtronomiæ operam daret, eam primus Aſtyros docuit, quando & ignem primus è ſilice eduxit. Floruit quoque in Arcadia Atlas vir multæ contemplationis qui & aſtrorum cui ſum inuenit, & primus de aſtronomia inter Græcos diſeruit, propter quod ſixe, unt eum cœlum portare, Meſſenia autem tertia Peloponneſi regio admodum eſt fertilis, multiq; amnibus irrigua. Quod ad exteriorem Græciam, omnes ſcilicet iſtæ Græcorum terræ quæ extra Peloponneſum ſunt, huius celebratiſſima vrbs Athenæ olim fuere, in Attica nimirum regione, literatorum ac philoſophorum mater, nam ipſo etiam ſitu ſpectabilis, & velut commune quoddam totius Græciæ horum ite con ſuit & refugium, in quod vicinæ vrbes bellicis terroribus aut alijs malis afflictae confugiebant: fuit & tutiſſimum ad nauigandum receptaculum, fuit totius mundi gymnaſium & vniuerſale ſtudio, nec quiſquam olim doctus habebatur, qui non apud Athenas literis operam impendiſſet, ſtrabo ſcribit Athenis petram fuiſſe in planicie ſitam; in qua oibem circum habitata, in qua Mineræ templum fuit, eratque in eo templo ſimulacrum quod è cœlo cecidiſſe credebant incolæ vbi perpetuus ignis cum virginum cœtu fouebatur. Theſſalia campus eſt maximus accuruus, vndique montibus cinctus, ab Oriente Oſſam & Pelion habens montes, ab Occaſu Pindum, ab Aquilone Olympum, & Meridie Othlyn, ex Pindo Peneus amnis exit, vnde lucidis amœnus, viridantiſſi parum germine, canoro auium concentu. In Bœotia ſunt vrbes inſigniores Megara Euclidis patria & Thebæ patria Bacchi & Herculis, ab Alexandro magno poſtea euerſe.




THRACIA ET BVLGARIA 71

Thracia quæ hodie Romania, à Thrace Martis filio, siue asperitate sic dicta; τρεῖς enim asperū
 Græcis dicitur, regio est nec cælo nec solo, nisi vbi mari vicinior est, satis fecunda tēperata
 quæ, frigida est, & eorum quæ feruntur, malignè admodum patiens; rarò vsquam pomiferam
 arborem, vitem frequentius tolerans; sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi vbi frigo-
 ra obiectu frondium cultores arcuerit. In ea quondam vrbes celebriores fuere Apollophania. E-
 nos, Nicopolis, Byzantium que postea à Constantino Constantinopolis dicta est, & in maius aucta,
 gloriosissimi Imperij sedes & Orientis totius caput delecta, Perynthos, Lyfimachia, Callipolis,
 amnes verò Hebrus, Nessos, Strymon, Montes, Hæmus, Rhodope & Orbelos. Homines habet feros,
 asperos & numerosos, aded vt si aut vnus imperio regerentur, aut idem sentirent, inexpugnabiles
 forent, & omnium gentium multò validissimi: sed quia arduum hoc illis est, & nulla ratione con-
 tingere potest, ided imbecilles sunt. Moribus tamen & opinionibus consimilibus sunt imbuti, præ-
 ter Getas & Traufos, & qui supra Crestonas incolunt, ex quibus Getæ se non mori persuasum ha-
 buere, sed ad Zalmoxim deum suum post fatum migrare. fuit hic Zalmoxis homo Pythagoræ quò-
 dam discipulus, qui in patriam reuersus cum animaduertet Thraces malè viuere & inscitè, ipse e-
 doctus Ionicum viuendi genus & mores; ipsis leges dedit, docuitque arque persuasit popularibus
 eas seruantibus post obitum ad se in eum locum ire, vbi superstices omnium bonorum compotes
 essent; per hoc deitatis opinionem consecutus, è Thracum se conspectu subduxit atque euauit,
 maximo sui post se desiderio relicto. Thraces dum tonat fulguratque in cælum sagittas excutiunt,
 Deo minitantes, quod nullum alium præter suum esse arbitrentur. Trausi verò circa natalitia suo-
 rum atque obitus hoc faciunt: edito puero propinqui circumsedentes eum ploratione prosequun-
 tur, recensentes quasque necesse est illi, quoddam vitam ingressus sit, calamitates perpeti humanas.
 Hominem fato sanctum per lulum atque læticiam terræ demandant, referentes quod malis libera-
 tus in omni sit modò felicitate. At qui supra Crestonas incolunt, ista agunt: singuli plures vxores
 habent, quorum vbi quis decessit, disceptatio magna fit inter vxores quæ nam dilecta fuerit à mari-
 to præ ipse: & quæ talis iudicata est & hunc honorem adepta, ea à viris & mulieribus exornata,
 ad tumulum à propinquissimo suo mactatur, vnaque cum viro humatur, cæteris vxoribus id sibi
 pro ingenti calamitate ducentibus ac lugentibus, nam id eis dedecori datur. Ociari & ex rapto vi-
 uere pro re honesta habent: contrà, agros colere pro despiciatissima. Corporum magnitudine Thra-
 ces omnes homines antecedunt, cæruleis oculis ac truci visu, terrifico vocis sono, annosa ætate. Ae-
 dificia modicè ab humo eleuata. In Regis electione non nobilitas præualet, sed suffragium vniuer-
 sorum. Populus enim eligit spectatum moribus & inueterata clementia, etiam annis grauem, &
 cui liberi non sunt. Nam qui pater fuerit, etiam si vita spectatur, ad regendum non admittitur; & si
 fortè dum regnat, pignus sustulerit, potestate exiuit, & sic custoditur ne regnum fiat hæreditariū.
 Tum si rex etiam maximam præ se ferat æquitatem, nolunt ei totum licere, quadraginta ergo recto-
 res accipit, ne in causis capitum solus iudicet. Quòd si ipse etiam in peccato aliquo arguitur, morte
 mulctatur: non tamen vt cuiusquam manu atrectetur, sed consensu publico rerum omnium ipsi
 potestate interdicta, tandem fame pereat. BVLGARI gens ferox putantur è Scythia olim egressi, in-
 tuleruntque plurima damna regno Constantinopolitano, vexaruntque Christianos modis varijs,
 quousque tempore nepotum Caroli magni facte sunt induciæ & conditiones pacis, & captiua que-
 dam quæ in regia Christianorum seruierat veluti serua, soror Regis Bulgarorum reddita est: didi-
 cit autem hæc soror Regis, cum esset in captiuitate, literas: suscepitque ritum Christianorum &
 Baptisma, & tandem fratri restituta, instituit ipsum præceptis Christianis, monuitque vt idola abijce-
 ret, & vero Deo obsequia præstaret. & licet Rex sorori annueret, ausus tamen non erat repente à
 patria religione discedere, verum accessit occasio assumendi Christianam religionem. Nam pestis
 vndique regionem inuasit, ac tam crudeliter vndique grassabatur, vt Libitina non sufficeret, anxius
 rex sororem rogauit vt huic malo remedium cogitaret; at illa solum Christum Saluatorem inuo-
 candum censuit, acquiescit rex, baptizaturque cum omni populo, accersito quodam sacrorum pon-
 tifice, à quo misteria fidei acceperunt, & mox potentia Dei innotuit, sedataque est pestis. Fama est
 primum regem Christianum in Bulgaris Trebellium vocatum. is monasticam secutus vitam, ex
 duobus filijs regnum maiori natu reliquit. Redijt nouus rex non multò post ad Dæmonum cultū,
 pietatem patris & institutum aspernatus. Nec id filij scelus tulit Trebellius, sed persona quam ge-
 rebat ad tempus deposita, regiam induit, receptoque regni gubernaculo, filium impietatis increpi-
 tum luminibus priuat, regnum dans minori natu, quod pie ex suoque instituto administraret: ipse
 que in documentum dedisse contentus, continuò se in ordinem redigit. atque hæc facta scribuntur
 circa annum Christi 669.



THRACIA ET BVLGARIA CVM VICINIIS.







VNIVERSVM Moscouiæ imperium longè lateque extenditur, atque totam nunc occupat Russiam, Polonia & Lithuania exceptis, quæ sub Russiæ etiam nomine comprehenduntur. partem eius Europa, partem Asia occupat, eiusque discrimen Tanais fluius facit. Terminatur quidè à Septentrione Mari glaciali: ab Oriente in Meridiem reflectendo Tartaros attingit: à Meridie Lithuanos finitimos habet: ab Occidente verò Liouoniam contingit, atque etiam Finlandiam regionem Polna fluuii diuitiam, quæ ad Suetiæ Regem spectat. Situm est autem Moscouiæ regnum inter parallelum 19. gradus 52. latitudinis, & parallelum 43. qui est gradus 66. latitudinis: hoc est, iacet inter octauum climatis medium, atque incidit inter Tropicum Cancræ, & circulum Arcticum. vnde isthic maximè accidit varietas in diei longissimi æstatis quantitate. nam in Meridionalissimo Moscouiæ parallelo maxima dies est horarum 16. cum dimidia: & in Septentrionalissimo, qui non longè à Tropico Cancræ incidit, est horarum 22. cum dimidia. Est autem hæc regio in vniuersum paludosa, lutosa, humida, ac parum fertilis, ob immoderatam & asperam æris temperiem, ob agrumque arenosum, vnde segetes asperissimo frigore diuturnæ hyemis rarè maturescunt, ideoque in hypocauftis manipulos deficcant. frumento tamen oleribusque abundat. Vitem non producit, neque oleam, & ceras ac nucibus (præterquam auellanis) caret. aliorum generum fructus profert, verum insuaues. Est verò in superiori eius parte nemorosa, vniuersumque immensis obsita, quarum arbores celsissimæ sunt ac densissimæ, quæ quidem sunt Hercyniæ syluæ partes. in eis autem mirum in modum fera animalia maiora & optima venantur, qualia sunt vrsi, alces, cerui, vrsi, lupi, & lepores præsertim, & alia huiusmodi, quorum pelles in varias Europæ vehuntur regiones, inter quas nonnullæ pretiosissimæ sunt, caroque venduntur pretio. Pecora ipsorum nostris longè sunt minora. abundat opibus, quæ non in aluarijs solummodò manufactis mella congregant, sed & nemorum arbores cauas melle replent; vnde præcipuum quæstus ex cera & melle faciunt incolæ. Nobile quoque linum & canabis in rebus ex Moscouia in omnem Europæ partem aduehitur. Nulla auris, argenti, vel alterius metalli vena, ferro excepto, in hac regione reperitur. Præterea terræ huius coclum admodum salubre est, vt ibi vltra Tanais fontes Septentrionem & Orientem versus nulla vnquam pestis sæuiat: etsi morbum haud dissimilem habeant, Calorem ab ipsis vocatum, qui intestina & caput infestat adeo, vt paucis diebus post pereant. Regio porro hæc vndique ferè ab innumeris fluuijs irrigatur, inter quos multi egregij ac memorabiles sunt, tum nauigatione & magnitudine sua, tum etiam piscium copia quibus affluunt. horum præcipui sunt qui vel ortum isthic ducunt, vel regionem ipsam præterlabuntur: Borysthenes, Turuntus siue Duina, Rha seu Volga, Tanais & Occa.

Moscouiæ vt plurimum sunt robusti ac celeres, statura mediocri, cæcis oculis, promissa barba, crure breui, & ventre extenso. miserima opprimuntur seruitute, nobiles quidem à suo Duce, plebei verò & coloni à nobilibus. miseram quoque ducunt vitam in cibo & potu, aquam enim, ceruisiam & medonem bibunt, omni que potus inebrians ipsis prohibetur, nec nisi bis aut ter in anno inebriari ipsis concessum est. Barbari sunt & perfidi, vt nihil sinceri apud ipsos sit, nec se vnquam vero ac naturali amore persequuntur. imò adeo ipsis iustitia omnis venalis est, vt pater in filium insultet, filius in patrem ac matrem irruat. Huius Ducatus, imò totius Russiæ albæ magno Duci subiectæ caput & metropolis est Mosconia, quæ vnà cum regione nomen sortitur à fluuiio eam præterlabente, qui in Triuerensi prouincia non longè à Mosaisko oppido exoritur. Arx magna Ducis & Palatium in loco plano et vrbis meditullio sita est, septendecim turribus, tribusque propugnaculis munita, vbi ipse magnus Dux cum suis satellitibus 25000. numero moratur. Ipsa verò vrbis lignea ferè omnia habet edificia, & lutosa & admodum ampla est, nec villo certo termino contenta, neque muro, fossa, propugnaculisue commodè munita. ædes complectitur 41500. & plateas habet multas, sed



dispersas, latissimis campis interiectis. Longissimus dies in solstitio Aestiuo est in ciuitate Moscouiæ 18. propè horarum, qui in tota Moscouiæ regione parum variat. Sunt autem cæteræ prouinciæ quibus amplissimus hic Ducatus partim iusta successione, partim vi vel fraude adauctus est, hæc sequentes: Volodimeriæ Ducatus, Nouogardiæ inferioris Ducatus, Rhezan prouincia, VVorotinenfis Ducatus & Seuera prouincia, Smolenski ducatus, Mofaiski ducatus & Biela principatus, Ruschouia, Tuuer, Plefcouia, Nouogardiæ magnæ ducatus, Volzka regio & Corella prouincia, Bieleiezioro ducatus, VVolochda & Vstyug prouinciæ, Iaroslauia ducatus, & Rostov principatus, Dvina prouincia, Susdali principatus, VViathka prouincia, Permia prouincia, Iugra regio, Petzora regio, Czeremissi populi sub Nouogardia in vastis syluis sine vllis ædibus habitantes, propriam habent linguam, Mahumetiçue dogma sequentes: omnes tam viri quàm scemina sunt cursu velocissimi, & sagittarij perfectissimi, arcu nunquam è manibus deposito, quo adeo oblectantur, vt etiam filijs cibum non præbeant nisi præfixum scopum sagitta feriant. ferina carne & melle victitant, pene rarò vtentes: pellibus vestiuntur, quas etiam pro tributo duci pendunt, nam subiacent Casanæ vrbi iuxta Volgam fluium. denique sunt Mordua populi ad Volgam infra Nouogardiam inferiorem.






VNC tractum primum Pœones seu Pannonos tenuere, inde Hunni habere gens Scythica. Mox Gothi ex insulis Germanici Oceani profecti, post Gothos Longobardi ex Scandinavia, etiam Germanici Oceani insula; nouissime rursum Hunni, qui & Iuhri & Hungari postmodum dicti sunt, ex alia Hungaria Scythica egressi, non longè à Tanais flu. ortu. Anares ijdem nonnullis dicuntur, qui eam regionem obtinuerunt. hos Carolus Magnus octennali bello edomuit, prorsusque excidit, vna tantum horum natione, cui Vgrorum & Hungarorum nomen est (nam multos secum è Scythia eduxerant populos Hunni) illis extinctis sumpta, ac vallo quodam inclusa, sunt Hungari ferox hominum genus, & bello validum, equestri prælio magis quàm pedestri idoneum. Nulla gens Christiani nominis Turcarum arma magis exercuit: nulla ab his magis exercita est, adeo paribus animis, varioque euentu est semper vtrinque bellarum. Volaterranus ait, incultos ac procul à delicijs, hyemè vt reliquos Aquilonares in pyriterijs pellitos agere, potui ciboque plus iusto vacantes. Idque imprimis mirandum, cum merum aromataque præter cæteros mortales frequentent; iuuentutem tamen esse castam & absque scortis agere: hominum interficere leui de causa promptum habent, idque impune licet. Latius etiam huius gentis imperium patuit, quàm terræ nomen olim: vnde plures ei prouinciæ annumerari capere. Cum enim ab Leyta fluu. ad Sauum vsque quicquid est interiecti agri complexa sit, nunc inter Septentrionem & Ortum etiam vltra Danubium pedem intulit, magnamque sibi Iazygum; Metanastarum, quos vulgo Transylvanos ac Septem castrenses nuncupant, partem vendicat, ac in Ortum Scythiam versus non parum protenditur: ac Mysiam, Daciam, Flacciam seu V Valachiam & complures alias prouincias ad se arripuit, partimque ijs suum nomen communicauit. Buda caput est regni huius & Basilica. iuxta hanc & Strigonium quæ Araiscorum sedes fuere. Multa præterea in hoc Regno vrbes sunt nobilissima: Alba regalis ad Sarroitzam flu. Regum coronatione & sepultura celebris, vulgò Stulweissenburg. Stridon quoque in ea sita est, diui Hieronymi patria: hinc Quinque ecclesie (Fuffstirchen Germanicè) Sopronium, Laurinù & pleræque aliæ. Sclauonia trans Drauù flu. Hungariæ finitima est, & eius tanquam portio quædam. Vterior Hungaria terram complectitur quam Gepidæ & Daci tenuerunt, à Syleis, Morauia & Polonia montibus Carpathijs separatur. à Ruthenia, Transylvania & V Valachia transalpina separatur Maromarusijs montibus & syluis. in ea sitæ sunt vrbes Posamiensis, Tornensis, Tirnauiensis (Tirnauia aut patria est doctiss. viri Ioan Sambucij) Colociensis, Zegedinensis, Varadinensis, ac pleræque aliæ. Incolæ ferè oēs Scythica vtuntur lingua. Erat hæc terra, vt præci rerù scriptores habent, nouem circulis circumdata, quorum singuli ita stipitibus quernis, siue fagineis, vel abiegnis extructi erant, vt de margine ad marginem viginti pedum spacium tenderetur in latum, totidem erigeretur in altum, ciuitas autem vniuersa aut purissimis lapidibus, aut tenacissima creta repleteretur. porro superficies vallorum eorundem integerrimis cespitibus tegetetur. inter quorum cõfina arbusculæ plantatæ erant, quæ abscessæ proiectæque vt plurimum herbas ac frondes proferebant. De primo autem circulo ad secundum viginti miliaria Teutonice protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita vsque ad nonum, quamuis alius alio semper contractior erat, intra hos aggeres vici villæque ita cõstitutæ, vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur. ædificia validissimis muris præmunita; portæ non facis latæ, propter hanc causam, vt per eas latrocinandi gratia quaqua versum exire ingredi que facillè possent. tubarum clangore vnus circulus alteri cuiusque rei certa signa dabat. hos postmodum Carolus Magnus octennali bello domuit ac vastauit. Refert Volat. villis ac vicis regionem abundare stramineis, quas sæpe reficiant ad subitam inimicorum incurfionem, vel alia leui de cauda flagrantes. Hominum robore, pecudum & armentorum foecunditate, soli vbertate, metallorum copia, nulli orbis parti postponenda regio, omnibusque cœli benignitate & clementia, ac locia mœnitate, situsque pulchritudine, suo iure anteferenda. Ager rerum omnium copia ac fertilitate felix. Gemmas, aurum, argentum, colores, sal, fodien-

tibus

Sereni Principi D. Carolo
Archiduci Maximilian II
fratri dicatum.



Scala miliarium
Ricorum
MERIDIES

HUNGARIAE LOCA PRECIPVA RECENS EMENDATA, ATQVE EDITA PER IOANNEM SAMBUCVM PANNONIUM IMP. M. HISTORICVM. ANNO DOMINI 1592.

tibus abundè largitur. Pabuli, frumenti, leguminum ac fructuum nusquam abundantia
 maior. Vinum gignit generosissimū tractus Danubianus à Quinque Ecclesienfi agro Tau
 runum seu Belgradum vsque. Flumina nonnulla optima auri ramenta ferunt. Amnes penè
 omnes piscosissimi sunt. Olea autè rara aut nulla est. Fluij in hoc tractu nobiliores sunt.
 Danubius, Sauus, Drauus, Sauaria, Corcora, Arabo, Tybificus, Marus siue Narifius, Cusus,
 Alutius, Bacuntius, Valdamus, præter hos & alij sunt fluij ignobiliore. Lacus & Insulæ,
 thermæ item ac minæ complures in hoc sunt regno. Montes ac sylvæ præcipuæ sunt,
 Carpathus qui propagatur per comitatus Turocensem, Arncensem, Liptouicensem, Gappulien
 sem, Gevvineriemsem ac Sariensem. Matran mons vinetis prope Agriam constitus; Erdel amplissi
 mus in conuallibus Transylvanicis latè excurrit: Bakon in comitatu Vesperinensis; Verthes
 Hungarice Baton quem à clypeis den Schildberg dicunt Germani; quod Henricum III. Impera
 torem isthic castra metatum referunt contra Belam Hungariæ Regem, fameque pressum relictis
 scutis castra deseruisse: hunc viriferi sequuntur montes ad Ecclesias. Inferior hæc Pannonia à Septen
 trione terminatur Sarmatis seu Polonis, Moschisque, ab Occasu Austriam Bohemiamque fini
 timas habet, ad Meridiem Sauo flu finitur & Illyrici parte quæ Adriatico pelago
 obuerfa est, ad Orientem Solem, Seruiam quam Triballi, Moesij, Bulgari
 & Ralciani tenuerunt, nunc à quibusdam Sagariam vocatam:
 eadem etiam parte VValachiam habet.



SCLAVONIA BOSNIA: CROA: 74
TIA DALMATIA.

Rocopius author est, Sclauenos Scythicam gentem tempore Iustiniani irruisse in Illyricum, multasque strages edidisse, prædas abegisse, & incommoda multa vicinis intulisse, tandemque inter Illyricos cõsedisse, atque hinc Illyricos Sclauos dictos. Subiicitur ea regio hodie partim Vngarico regno, partim Venetis inhabitant plerumque lignea ædificia culmo contexta, præter paucas littorales vrbes in quibus humanius degunt: tellurem optimam colunt, vbi, teste Aristotele, bis grauidæ pecudes, & quater in anno tondentur, duobus principalibus alluitur tota regio fluminibus, Sauo & Drauo, qui in Danubiũ corrunt; vltra montes verò plurimi amnes erumpunt in sinum Adriaticum, vt sunt Edanius, Ticius, Naron, Rhizon & Drinus. ciuitates insigniores Flamone, Senia nũc Segnia, Enona nũc Hona, Iadera pro qua bellum diuturnum inter Venetos & Pannonios, Scardona incolumi adhuc nomine, Spalatum vbi olim Diocletiani palatium, Epidaurum à Gothis dirutum, & cuius ruinis Ragusia iuxta ædificata, Scodea nunc Scutarensis ciuitas. BOSNENSES venisse putant à Bessis Bulgariae populis, qui cum viueret in discordia cũ Bulgaria, exclusi inferiori Mœsia, sedem posuerunt in Mœsia superiori, iuxta Sauum fluuium, factumque tẽporum decursu, vt in vocabulo gentis e mutaretur in o, & ex Bessis fieret Bosfis, atque inde Bosna & Bosnia: quales mutationes in multis alijs proprijs nominibus sæpe factas inuenimus, vt olim Melita, & hodie Malta, Longones & Lingones, Scandia & Schondia, Batavia die *Betam* &c. Quando ista prouincia in regnũ fuerit sublimata, non inuenio. Scribit quidem Bonfinius, Ludouicum regem Vngariae circa annum Christi 1345, quum reliquias Tartarorum ex regno suo pelere conaretur, vocasse Stephanum principem Bosnae, cuius filiam vxorem duxit, in auxilium, quod potens esset, amplissimamque haberet terram, quæ ad Macedoniam vsque extenderetur. Alius quidam scripsit Bosnam tributariam factam regno Hungariae. Anno Christi 1415. princeps Bosnae defecit à Sigismundo rege Pannoniae, iniitque foedus cum Turca, quod videns Sigismundus, cupiensque reducere Bosnam, misit magnum exercitum contra occupatores eius Turcas; sed Mahumetes fortior Sigismundo, fugato hoste retinuit Bosnam, præfecitque prouinciae Ikachum principem; qui abutens officio suo, regemque se faciens inuadit vicinas regiones, multaque eis damna infert. qua re moti Vngari, collecta forti manu inuadunt Bosnam, regemque istum Turcicum occidunt: atque omnes inde Turcas qui in eam prouinciam se receperat, in fugam vertunt; subiugata igitur sibi regione, constituunt in ea regem primam ex Christianis. Bosnensis regni ante nostra tẽpora caput erat Iaiiza vrbs, in edito monte sita, quæ duo amnes circumfluunt, præruptisque rupibus in vadis obfirmant, ad radices montis & ad ambitum vrbs amnes illi confluunt, admixti que; vna in Sauum feruntur, à tergo profusa est planities. inexpugnabilem habebat arcem, hostibusque inaccessibilem. Habet hæc regio & alia quaedam ciuitates insignes præsertim Schuuonicæ & VVarbosanyen quam aiunt hodie esse metropolim, sed nullo cingitur muro; Milliatzka fluuius dirimit eam in duas partes. CROATIA quæ Liburnia olim & Valeria dicta fuit, Istriæ ad sinum Flanaticum adhæret versus Ortum, inter Cuspm & Sauum flumina, & superiorẽ Mœsiã sita, cuius metropolis nunc Bigihon esse dicitur: aliquando Fumium erat. Vrbes præterea habet plurimas, vt potè Zeng, VVackat, Turnavv, Modrisch. hi populi cum sub Illyricis aliquando comprehensi essent, iam Crabaua-



tij, Coruatij & Coratij vocantur. Estque totus hic Sclauorum tractus oliuetis vine
tisq; speciosus: habetque vniuersus oræ Illyricæ cursus maritimus optimos portus;
cùm contrà obiectum Italiæ littus importuosum prorsus sit. DALMATIA po-
tentissima olim regio fuit, vt etiam incolæ sibi suis arcibus & munitionibus ausi fue-
rint rebellare Romanis, sed Augustus domuit eos, atq; magna ex parte incendio va-
stauit fortalicia & ciuitates eorum. Haud procul à limitibus huius regionis sita est
ad mare ciuitas Apolloniæ, iuxta quam est petra quæ flammam ignis euomit, & in-
fra eam ebulliunt aquæ calidæ & bitumen, præsertim quando petra ardet. Nec lon-
gè abhinc fodiuntur metalla, & implentur fodinæ rursus, vt post aliquot tempora
iterum liceat hinc colligere æs. Salis quoque conficiendi modum in eiusdem Dal-
matia finibus fuisse narrat Strabo. dicit. n. Autuariatas & Ardigos, qui Dalmatarum
gentes erant, aut certè ijsdem vicini, inuicem assiduè belligerasse, quorum bellorum
causa erat Sal, quod in eorum finibus coagulabatur ex aqua. conuenerat autem
inter eos vt per vicissitudinem congelatorio vterentur loco, conuenta
verò transgressi manus conferebant. Terminos harum regio-
num certos exprimere vix cuiquam licuerit, pro-
pter nimium confusos hodie ea-
rum fines.





Polonici nominis originem tradunt à planis campis, quos Pole ipsi ver-
nacula sua lingua vocant. Dicunt enim ex Croatia populis in Dalma-
tia duos egressos esse fratres, Zechum & Lechum, quorum hic versus
Orientem & Septentrionem tractum tenuerit, vbi planities latulque
campus erat, ex eoque Poloniam terram nominasse. Hi itaque eiecit
Vandalis, qui hoc loci olim habitauerunt, hunc tractum occuparunt. Erant autem Van-
dali V Vigevv onum populi à Vandalo Tuifconis & Manni nepote sic dicti, quem a-
pud Tuifcones imperasse refert Berofus, tempore Altadis duodecimi regis Babylo-
norum à quibus & Vandalus flu. quem Vistulam hodie vocamus, dictus est: cum nam-
que Vandali à Fontibus ad ostia vsque accolerunt, ac inter Sarmatas Europæos com-
memorati fuere quamquam hoc controuersum dicit Erasmus Stella, qui Peucinos
Bastarnasq; eadem loca tenuisse refert. Diuiditur autem Polonia in duas partes, qua-
rum quæ Saxonibus Prutenisq; vicina est, maior Polonia dicitur, altera Hungariæ
ac Russiæ obiecta minor vocatur. Regnum vniuersum velut in quatuor regiones di-
uisum, quas in orbem Rex quotannis inuisit: singulæ ternis mensibus alunt regem re-
giumque comitarum Complectitur minor Polonia Vistulæ fontes, ac Cracouiam ce-
lebrem & amplissimam urbem, in qua regia est, totiusque regni Gza: Rundiffi flu.
urbem circumluit & aquæductibus etiam perluit. Ita verò est Cracouia ad Valuelu
montem, in cuius summitate regia arx est; floretque Academia celebri, quam primū
quidem Hedvigus & Casimirus reges fundasse, Vladislaus autē anno 1400. restau-
rasse perfectisseque dicuntur. Maior autem Polonia complectitur famatissimas vrbes
Gnesnam, quam Lechus ædificasse ibidem in planicie dicitur. cæteræ ciuitates parum
nitidæ sunt, ex maceria domus ferè omnes compositæ, pleræque luto collinitæ. Regi-
onis aer purus, sed frigidus rigensque ac seueræ hyemes. plaga autem eius palustris &
nemorosa. plana, rarissimisque montibus conspersa. Solum ferax, triticique abundas,
nec minus hordei leguminumque. Verum nec olearum nec vinetorum patiens, ob
rigidum vicinum Septentrionem: ideoque etiam genti ignotus omnis vinearum cul-
tus, ac rarissimus vini vsus, cum bibacissimum sit hominū genus, vt totus Septentrio.
Facilita ex tritico alijsque generibus feminum potio est in vsu. Est & pascuis idoneū
solum, armenta latè pascuntur, vnde lacte butyro. carne ac id genus edulij abundat.
Mirum autem cur totus hic tractus in Scythiam vsque adeo apibus abundet, vt ceræ
mellisque nusquam maior copia sit, nec a tem ibi expectant, nec industria iuuari vo-
lunt, sibimet aluearia intra roborum excauata latera construunt, adeo vt grauissimas
hyemes iuxta facile ferant. Estque hæc terra planè suis prædita floribus, & per æstiuam
nullos magis Sol aspicit, quando longissimus est dies, qui animali ad labores nato bre-
uibus vmbri operam intercipit. vnde hic mellis ceræque copia tam ingens vt non fa-
tis his Polonis atque Ruthenis loci supersit quibus illa recondant, arbores namque o-
mnes & syluæ aluearibus mellificantium nigricant. Venatio præterea Polonis multi-
plex est. eius enim nemoribus gignitur equus syluestris cornu ceruino. Bos ferus, Ro-
mani vrum vocant, bisontemque. Aucupium ibi largum, piscatioque diues. Picis reli-
næque quotannis ibidem collectæ ingens lucrum. Regio omnis nobilissimis flumini-
bus rigatur, quorum primum est Vistula, inde Chronus quem Pregel nunc vocant ac-
cola; hunc sequitur Nyemien ex paludibus ortus prope Kapiolov. post eum Rubon
flu. in Lithuania ortus. Viadrus quoque quem Oderam nunc dicunt. fontes suos Po-
loniæ debet, quos iuxta Odri nomine vicum cernere licet. nec procul ab his Vartzæ
flu. fon



flu. fontes visuntur iuxta Crumlavv urbem. Tyras autem quem Nyester nunc vocat, in Premislia ortus, versus Eurum trahitur, ac ponto Euxino miscetur. Hypanis autē flu. Bugh hodie dicitur, ex palude oritur, haud ita procul ab Oleska vrbe, ac VVistula non procul a VVyschigrada miscetur. Borysthenes autem cui nunc Nyepero nomen est, ex vliginoso Molcouiæ deserto prolabens, in Euxinum quoque pontum degurgitat. præter hos ignobiliore multi allabuntur. Montes ferè nulli sunt, præter quã qua in Meridiem vergit, & ab Vngaria, Sarmaticis, Capathijque montibus, quos Tatri incolæ vocant, dirimitur. Syluis omnis pene regio obducitur, quæ omnes Hercinie portiones sunt, vnde vicinis Germanis fraxinos ingenti copia ministrant. Plumbi metalla ingenti fodiunt abundantia. Cupri quoq; particula crebræ apud Præmisliam urbem reperiuntur, cui tamen minimè insidiantur. Nec auri mineræ illis defuisse creduntur, si eius venæ inquirantur, Salis fodinæ hicbinæ extant, altera Bochniæ vrbe, quatuor à Cracouia miliaribus distita, altera Velisci quam Vielitzham vocant, quinque ab eadem Cracouia miliaribus distante. Velisci quidem leuiori omnia opera constant: Bochniæ magnus in extrahendo labor est, cum quod multis in locis extrahitur tum etiam quod ex altissimis fossis, interim per cuniculos trahitur, interim machinis subtus fabrefactis, attollitur, donec hac & illac vario flexu per cryptas prouolutus, & sexies minimum subterraneis illis machinis sublatus, demum ad supremi introitus fauces conuoluitur, vt claram in lucem attollatur. Cumque Velisci fossæ sint præter cameras, alicubi octo cubitis, multis interim longioribus, constat Bochniæ præter primarum faucium immanem profunditatem in altissimam fossam octoginta scalarum altitudinem, durare, & quotidie fieri altiorem, innumera salis excisa copia. Bochniæ glebæ puriores salioresque existimantur, Vtrobique per reliqui salis rupes, venæ quædam euagantur pellucidæ & Christalli modo nitidæ, salis gemmæ) vt recentiores cognominant) cuius præcipuus est in medicinis vsus. Apparent & venæ extincto carboni nigrore similes, quarum materiam, aurei pondere contritam & modico vino sumptam, aluum soluere aiunt. Mirum vetò inter tot sæcundæ naturæ miranda opera, spectaculum tanta altitudine solidos salis demitti montes, & cuniculis in tanta spacia adactis, ad lucernarum lumina moles subterraneas excauari. Nullus illic dies, nulla nox sed vmbre tantum sine cælo Velisci non rarè ingentium sese templorum specie cameræ efferunt, immanibus salis columnis extantibus, quibus superiora solido & ipsa concreta sale ceu fornices quidam sustinendis montibus enati, imminēt, grauissimo sese pondere, admirabili quadam operariorum industria librante, Bochniæ mille quingentorum pondo Germanicorum graues micæ extrahuntur, & interdum maiores cædi aiunt. Hæc autem Romana pondo tria millia æquant. Est & in hac terra aliud naturæ miraculum, quæ apud Nochovv & Paluky oppida ollas sua sponte fingit formatque, quæ è terra extractæ ac ficate, vt factitiæ ollæ vtilis sunt. Sulphuris præterea hic venæ sunt pluri-
mæ, cum thermæ nullæ sint.



OSVVICZENSIS ET ZATORIENSIS DVCATVS. 76

HAEC amplissimi Poloniæ Regni pars est, ab ea videlicet parte qua Silesiã attingit: olim verò ad hoc Regnum non spectabat, sui enim iuris erat, Polonisque regibus nõ parebat. Osuveczenfis quidem ducatus ad Polonos peruenit anno salutis humane millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, sub Casimiro III. Zatoriensis verò annis circiter centum post illa tempora sub Rege Sigismundo I. anno nimirum salutis reparatæ millesimo quingentesimo quadagesimo octauo, Poloniæ regno incorporatus rursus erat, idque iure armorum, vt in historia sua Polonica testatur Cromerus. Vrbs autem Zator (quæ Zatoriensem Ducatum facit) fluuiolo Skauvæ imminet, qui itidem Vistula absorbetur. Sitæ sunt autem prouinciæ hæ inter Vistulam fluuium & Carpathum montem, qui & Sueuus dicitur ærisque rubri fœcundus est, quod Vngaricum vocant. quin in eodem etiam monte argentum effodiunt, ac reliquarum minærarum copiam præbet. Est autem mons vastissimus, ac per Silesitas Marauaniosq; in Pannoniam Sarmatiamque protenditur. Vistula autem (Germanicè die Weißel) Poloniam à Germania separat, atque olim, vt superiori folio diximus, Vandalus appellatus fuit. Verum hic dubitari posset, fluuiusne à Vandalis populis, an verò populosa fluuii nomen suum mutauerit, si fides adhibenda esset dubiæ cuiusdam historiolæ, cuius in Cosmographia sua mentionem facit Munsterus, vbi ait Vandalos nominis sui etymologiam deducere à Vanda quadam Poloniæ Regina, quam pro assecuta contra Teutones victoria, fabulantur dijs seipsam immolasse, de ponte in Vistulam salisse, & ab aquis suffocata vno miliario à Graccouia; vnde fluuius, in quo est submersa, dictus est Vandalus, & gens circum habitans Vandalitæ. Hac de re lege Vandaliam Krantzij. Huius autem Vandæ Sabinus quoque meminit in nuptijs suis Polonicis elegantissimè his versibus:

Subit scelerato Vanda tyranno,
 Qua cum mille procis, quod erat formosa, placet:
 Innuba virgo tamen casti sine labe pudoris
 Mansit, & etatis ver intemerata peregit.
 At non femineis calatibus, non dedita mollis
 Illa fuit lana: duris assueta sed armis.
 Figere terribilem longis palaribus vrsam,
 Frendentemq; suis, excire cubilibus vrsam.
 Martia si quando fremuerunt classica, bellâ
 Laudibus insignes aquauit & Heroinas.
 Quippe Boryllheniden, debellauitq; Gelonum,
 Binâq; magnanimo cum Teutone pralia fecit.
 Corniger ardebat victricis amore puella
 Istula, cumq; suo vidisset in amne lanantem,
 Mollibus excipiens amplexibus abstulit illam
 In vitreas sedes, thalamiq; in honore locauit.

Idem etenim fluuius quondam Istula dictus fuit, item Visula, Iustilla & Instula: is in Carpathijs, Sarmaticisque montibus ortus, qua in Iazyges, & Marcomanos Polania

imm-




Stra Por
puxit
Ma Qui
sculpsit


Ducatus
Oswicczensis
&
Zatoriensis
descriptio
1592

Moraviae confinia

HUNGARIE CONFINIA
MERIDIES



i iminet, in Codanum egreditur non vno ostio, & amplissimo antequam Dantiscum attingat, alueo, vbi mira piscium copia atque hic totius Poloniæ nobilissimus est fluuius, nam & priusquam Craccouiam peruenit, multi eum amnes influentes auget, vt sunt Biaza fluuius, Sala fluuius qui & ipse Kossoraba fluuius auctus, haud procul ab Osuveczenfi vrbe Vistulæ confluit. inde Skavva fluuius & Skavvinka è regione Craccouix, & per pauci alij, atque hi quidem ex Meridionali tantum latere proueniunt, ex Septentrionali autem latere augetur Vistula supra Cracouiam Korzenicza, Gostinia & Czerniechovicza fluuiolis. Ad caput autem Vistulæ fluuij, Morauixque contermina, iuxta Carpathum montem Teschnensis est ditio, quam Luti Burijsque olim habitarunt. Ab Occidente Ducatus hi Silesiam contingunt, à Meridie Hungariam, inter Meridiem & Occidentem Morauia respiciunt, ab Oriente & Septentrione reliquam poloniam. Quæ præterea de incolarum moribus, terræ qualitate ac fertilitate dici possent, ex superioris tabulæ, Poloniæ nimirum descriptione abundè satis promere licebit: si quidem ambo hi Ducatus (vt supra quoque monuimus) ad amplissimum Poloniæ regnum spectant, eiusque pars sunt.





Anorum nomen Saxo Grammaticus & Crantzius à quodam Dan patre Kuniblo procreato, natum docent, qui non solum gentis cōditor, verum etiam rector fuerit. Horum tamen sententiam tanquam erroneā refutat Ioan. Becanus, aliamque nominis rationē, originem etymonq; prodit in Gerhodanijs suis, in hunc modum scribens: Cimmericorum pueri cum populorum innumera multitudine crescerent, & longè lateq; Scythiam paulatim occuparent, varijs se nominibus nuncuparunt: alij aliud in ijs ponendis propositum secuti. Inter hos igitur fuerunt, qui quoddam belli studijs potissimum oblectarentur, atq; in ijs non tam avaricia, quam generoso animo dicati, victoriam & laudem potius quā diuitias quærent, nomē illud sibi ab eo animali sumpserunt, quod inter omnia plurimas naturæ dotes ad hunc scopum necessarias habere videretur. Gallum igitur gallinaceum, tum bellicæ laudes & generosissimi animi, tum in dolis regalis, & militis strenui, & ad omnia momenta vigilis optimum exemplar, ut pro symbolo & synthemate quodā sibi acceperunt, ita nomen quoq; ab eo placuit mutuari. Vocarunt enim sese die Hanen, & compositè per concisionem Danen, aspiratione in d litera media delitescente. Sed quia Danum vocali prima in secundam mutata, Den, pro die hen dicere solemus, quorum illud gallinaceum, hoc gallinam notat, sit illud non citra conuictum. Hi verò populi olim Cymbri dicebantur, tradunturque iisdem fuisse cum Nordmannis. Regio verò eorum Cymbrica Chersonesus, terra nimirum extrema continentis in Arctas extensa. Cuius populi nunc recēsentur, Saxones, Cymbri, Charudes, Phundusij, Cobandi & Chali, quos nos hodie vno nomine Danos dicimus. Regio titulo decoratur Dania, diuiditurq; in ducatus Holfatiensem & Slesvvicensem & Iutiam prouinciam, ac insulas complures. Porrò de Regno hoc Munsterus hæc refert: Tota Dania peninsularis est, constansq; multis partibus, maris faucibus intercepta. Prima est Orientalis, cuius potissima pars est Scania, in qua Lundensis Archiepiscopus, quæ magnitudine & opibus facillè superat reliquas Regni prouincias. Alij vocauerunt hanc Daniæ partem Scandinauiam, pro Schondaniam, id est, amænam Daniam, alij Sconingiam. Multis igitur à scriptoribus nominibus appellatur Schondia, Schondermarchia, Schondania. Plinius aliquo loco Scandiam & alio Scandinauiam nominauit. Sed mansit illi Scondiæ nomen, quod pulchritudinem significat, quoniam, cœli beneficio, telluris obsequio, portuum & emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminum irrigatione, venatione nobilium ferarum, auri, argenti, aris & plumbi inexhaustis venis, oppidorum frequentia, ciuilibus institutis nulli cedit beatæ regioni. Occidua pars Daniæ est Iutia, quam Ptolomæus appellat Chersonesum Cimbricam quæ instar linguæ procurrit inter duo maria longè in boream. Habet autem Iutia pro termino Australi Eydoram flu. quæ decurrit ad Occiduum, exi:que in mare Britannicum, Frisios dirimens à Dietmaris, limes proinde Daniæ atque Holfatiæ. Procurrit autem Iutia itinere sex dierum in Aquilonem vrbibus aliquot insignita ad vtrumque mare Balticum & Britannicum. Hæc regio hodie præter ducatum Slesvvicensem in tres diuisa est Episcopus, Slesvvicensem, Ripensem & Arhusensem. Hæc itaque duæ regiones Scania & Iutia extremitates sunt regni Daniæ, & præcipua membra, quibus interceptæ sunt multæ insulæ, quarum locupletissima existit Seelandia, in qua multæ sunt ciuitates & arces atque regia ipsa Copenhafnia. Ibi Roschildia olim potens & munita ciuitas decorata templis ac regum monumentis, nunc autem ad tenuitatem perducta. Longitudinem habet hæc insula itineris bidui, atque latitudinem ferè æqualem. A Seelandia in Scaniam traiectus multi, breuissimus tamen est Helsimborgi. Est Scania pulcherrima prouincia, armata viris, opulenta frugibus, diues mercibus, templis plena, & nunc halecum captura felix & insignis: vndique cingitur mari, præter vnum terræ brachium, quod porrigitur in Boream, & deinde recuruat ad Orientem, vbi Suetiæ iungitur, sed intercedunt profundi saltus, asperrimæque rupes, per quas à Scania in Gothiam iter agitur tam difficilè ut ferè le-

uius sit marino discrimine vitare terrestrem laborem. In sinu Codano quindecim nune-
 rantur insulae, quarum potissima Fionia, inde Falstra, Lalandia, & caetera minus insignes.
 Est & Fimbris, quam Cimbriam dici debere aiunt nonnulli, vnde Chersoneso nomen. Fi-
 onia insula in longitudine habet miliaria duodecim, & in latitudine quatuor: Metro-
 polis eius vocatur Otonium, vulgo Odenfch, ciuitas Episcopalis, satis bene exstructa, sed ma-
 le munita, quippe quae per bella saepe fuit depopulata & exusta. In Insula est valde ferti-
 lis, & qui nunquam stercoretur, ideo ante ciuitates magnus foetor, ob pecorum abiectos
 fimos, qui ibi nullius sunt vsui. A Scania in Orientem insulae sunt multae, quae saepe nume-
 ro mutauerunt ditionem. Ibi Gothlandia nunc Danicae coronae, olim Suedicae subiecta, i-
 bi Bornholm cum nonnullis alijs. Ingressus in Daniam patet per Holfatiam, quae regio
 mutauit nomen suum ex lingua vernacula, eo quod terra illa sit nemorosa & salubus oc-
 cupata, ad differentiam vicinarum partium, quae palustres sunt & pascuosae. Cum nobili-
 tate atque equestri ordine haud parum insignis hic sit tractus, nulla tamen illustrior in eo
 est familia, quaeque magis totum illud decoret regnum quam Ranzouiana. quae cum anti-
 quitate etiam polleat, virtute tamen atque opibus haud scio an cuiquam hoc nostro tem-
 pore cedat: quod non modo arces aliaeque insignia aedificia ac monumenta ab ipsis extru-
 cta testantur, sed singularis etiam affectus ac studium quo omnes liberalium artium pro-
 fessores ac sectatores prosequuntur. Praecipuus ipsorum est, suspiciendus ille Henricus
 Ranzouius, cuius vtinam haec nostra terra vnum tantummodo similem produceret, quod
 si fieret non dubitarem quin breui barbaries esset peritura, nunc autem, quantumuis pro-
 pensum ipsum liberalibus cunctis ingenijs esse notum nobis sit, cum Menalca tamen isto
 Vergiliano dicere nobis tantummodo dabitur:


*Quid prodest quod me ipse animo non sperni Amynta,
 Si dum tu sectari apros, ego yetia seruo.*





Dietmarsia Marforum populorum sedes & reliquæ creduntur, ij nomen suum à Marfo Tuiskonis nepote Hermionis filio Germanorum rege repetunt, de his sic refert Althamerus: Sicut Tuiskones, Hermiones, Ingeuones, Istheuonès, Germani, Teuthonica sunt vocabula, ita Marfi etimon habent Germanicum. Vt etes namq; Germaniæ populi Saxones (quorum hi pars sunt) palustria & aquosa loca, Mers & Merlude appellant. Palustres autem Marfos, sicut & Holfatos patria lingua dixerunt, locis nemorosis habitantes: inde est VVilstermers, Crempermers, Dietmers. Cui sententiæ accedit etiam Albertius Cranzius lib. 1. Vandal. cum inquit: Marfi concessere ad Albim, quorum tenues reliquæ in palustribus sunt non longè ab ostio fluminis Dietmars, VVilstermars & Crempermars: qui quoniam in palustribus locis habitant, obtinuit Saxonum consuetudo, vt omnes palustres, Marfi vocentur, Et lib. 1. ca. 1. Idem sic ait: Quoniam in vetustissimis rebus, vbi reliqua nulla est in literis memoria, coniecturæ sit locus, omnem ego Holfatiam & Stormariam, in cuius solo fundata est Hamburg, Marforum genti deputandas puto, quæ in solis palustribus nomen seruauit. In aridis autem habitantibus hoc nomen permisit, vt ad suæ gentis aliquam modò differentiam Holfati dicerentur, qui per vicina nemora vsque ad terminos VVagriæ diffunduntur. Stormaria verò quasi Storremarsia, a Stora flumine appellata, vt pro Marsia Maria sit inolitum. Omnis autem ea Marforum natio ab omni literarum memoria, fuit annumerata, atque etiamnum inferiori Saxonie accensetur, quamuis hodie Danorum imperio sub sit. hic enim Regum Danie primogenitus, quem admodum Gallie Regum in Delphinato, moratur: ac quemadmodum Stormarie seu Storremarsiarum Hamburgum ciuitas est sub duce Holfatensi, ita Dietmarsorum metropolis est Bremensis vrbs Episcopalis. habet & Meldorpium, Heininckste, ac aliquot alia oppida. Ob vicinum Septentrionem & frequentes lacus ære fruuntur humidior. Regio ipsa palustris adeo est, vt peregrinantibus, itinerantibusque minimè peruia sit: quibus impedimentis freti, diu sese ab exterarum gentium vicinorumque hostium incurfu tutati sunt. Syluis præterea tota implicata ac referta est, vt pote Burg-holt, Aluersdorpenholt, Resenvalde, ac complures aliæ. Agri fertilitas ob nimiam humiditatem vix commendanda est. In ipso Cimbricæ Chersonesi introitu ad Albi fluij ostio sita est regio, terminaturque à Septentrione Eydero flu. & Danimarchia, ab Ortu Holfsteinensi seu Holfatarum ducatu, à Meridie Albi flu. & Stormarsia, ab Occidente Oceano Germanico, vbi Heilichlandt & Busen insulas respicit. Porro & hæc ex Henrici Ranzouij historia Cimbrica subijcere placuit. Dietmars: (inquit) cum Holfatia coheret, continensque, cum illa, & inter Britannicum Germanicum que mare (vbi vetustissima Cimbrorum sedes est) posita, ac situ naturaque loci peregregie munita, gentem præsumptæ libertatis assertricem, bello fortem, multisque victorijs elatam atque forocem semper habuit. Eius Maiores, Danie Regem Ioannem, eius fratrem Fridericum ducem, & alios principes, comites, multamque & Danicam & Holfaticam nobilitatem quæ regibus ducibusque suis militarem operam fidemque præstitit, aut locorum iniquitate in palustres voragines depresserunt, aut nefarie trucidarunt, itaque magnas de eisdem victorias reportarunt. Hos Fridericus II. Rex Danie, Ioannes & Adolphus patris ac fratres Holfatiæ duces, vnanimi consensu, Inuictis animis, & communi sumptu adgressi, magnisque viribus in intimam Dietmarsiam penetrantes, tribus prælijs acerrimè repugnantes incolas deuicerunt, & duo oppida, Meldorpium & Heidahn, ceperunt. In qua quidem expeditione asperrima, principes belli duces inuictorum Imperatorum, & virtutis militaris officia impigre obierunt. Adolphus Princeps graui vulnere faucibus. dubiam spei vitæ edidit. Ioannes Ranzouius, Regis, ac Principum decreto, summus belli dux, ex spherula plumbea vulnus accepit. Deuicti tandem Dithmars, Regi ac Ducibus supplices facti, fidelitatis iuramentum præstiterunt, annuatim de singulis agrorum iugeribus thalerum, & dimidiatam messem simul promittentes. Hucusque Ranzovv. In cuius eruditissimis scriptis non de hac tantum regione, sed & plurimis totius Septentrionis, præcipue tamen Danie & Holfatiæ, prouincijs, per multa lectu dignissima inueniuntur.






SVETIA ET NORVVEGIA. 79

Sveoniam siue Suetiam, & vt vulgò appellât Suediam subiecta tabula ob oculos ponit, florentissimum & latissimum Aquilonis regnum, cuius situm, antiquitates, res gestas, prouentus & diuitias paucis attingemus. Habet hæc regio ab Occidua sui parte Gothos, à Borea VVermilanos cum Scricfinnis, ab Oriente Finlandiam & Russiâ, ab Austro Balticum mare. Est etiam hæc regio inter Aquilonares fertilissima, ager frugibus & melle opimus, diues argenti, æris, plumbi, ferri & pecoris, locuples immenso prouentu piscium ex fluminibus, lacubus & mari, venationibus quoque ferarum. In summa, Suetia duplo dicitur excellere regnum Norvvegiz, in magnitudine, in populo, metallis & alijs prouentibus. Est tamen in multis locis aspera, montosa & paludiosa, vt non vbiq; equitibus & curribus peruia sit. Est in ea Stockholmia vrbs mediocris, regia & emporium Suecorum, munita natura & arte, ea sita est in paludibus instar Venetiarum: inde sortita nomen quod sita sit in aquis, fundamenta sint palis stabilita. Mare eam ingreditur duobus ramis tam largis aquis, vt naues onerariæ extensis velis & toto onere inuehantur. Hæc vrbs anno post Christum natum 1407. insigni affecta est clade de celo, nam fulmine tacta penè tota conflauit, perierunt in ipso incendio ad mille sexcenti homines. Foemina quoque plures & sine numero puellæ nauibus res suas inuexerunt cum parulis, aderant & viri non pauci, priusquam verò soluerent, ingruebat promiscuum vulgus incendia declinans, & oppletæ naues tanta multitudine subsederunt, merferuntque omnem illam multitudinem. Est hæc regio peregrinis mercibus plena, quod domesticis rebus abundet ad commutationem faciendam, pellibus preciosis ac metallis abundans. A Nordvvegiz & Danis altissimorum iugis montium discernitur. Incolæ prædicantur hospitalitate esse insignes, vt etiam omni probro grauius ducant hospitium denegare transeuntibus; ita vt sit certamen quis aduenam hospitem excipiat. Populi Sueonum sunt multi, viribus & armis egregij, equis & manibus æquè fortes; strenuique aut mari aut terra bellatores. Angermanniz ducatus tenet Septentrionalia ad confinia Lapponiz, eius tractus est totus Syluosus; & ibi inter præcipuas feras venantur vros & bisontes, quos patria lingua vocant Elg, id est asinos Syluestres. Aiunt autem bisontem animal esse deforme prolixitate iubarû, & reliquo corpore seuerû, ceruifigura media fronte inter aures habens cornua. Midelpathia ducatus Australior est Angermânia, post quæ Helsingia ducatus, Gestritia ducatus, Fieringia ducatus, Vpsalia ciuitas metropolitana; Coperdalia ducatus, i. Cupri: vallis, i. Dalecarli gês potes armis: Oplandia ducatus, cuius totus tractus habet fossiones argenti, cupri & chalybis. Nicopia vrbs insignis cum munitissima arce. Kollmol nemus distinguit Sueciam à Gothia, à Nicopia versus lacum Veter extensum. **NORVVEGIA** id est, Septentrionalis via, fuit regnum aliquamdiu admodum Florens, & tenuit imperium per Daniam & latè per insulas maris, donec domesticum imperium per hæreditariam successionem administratum fuit. Hodie sub potestate Danorum est, cû omnibus navigationibus suis, quas exercere non potest, Danico rege hoste. Hæc mittit in reliquâ Europam piscem ex genere asellorum, frigore induratum & extensum in fustem, vnde Germ. Stockfisch dicitur. captura eius laudatissima est in Ianuario, quando superest frigus vt induretur: & qui clementioribus fuerint capti mensibus, marcescunt, neque sunt idonei vt exportentur. Metropolis huius regni est Nidrosia, vulgò Drunten, fuitque nobilis imprimis ciuitas sub florente Norvvegiz imperio; nunc in oppidi formam redacta est. Extat hodie ecclesia cathedralis, argumentum veteris felicitatis, cui magnitudine & laborati lapidis artificio par opus non fuit in orbe Christiano. Crepido circum altare corrupta fuit incendio, sed reparata anno 1530. in quam quidem crepidinem reparandam impensæ putantur ad 7000. aureorum, atque à tantilla parte æstimatione præstantiæ fiat templi totius. hodie maxima eius pars destructa iacet; ipse autem qui aliquoties ante annos circiter 25. id est anno Christi 1579. Nidrosiæ templum istud intus & exterius perque omnes ferè adytus curiosus perlustrauit, tum ex integra & adhuc stante parte, tum ex ruinis conijcere vtrunque potui non planè fabulosum fuisse quod prius ab accolis audieram, tantæ amplitudinis olim fuisse, vt si septem in eo steterint sacerdotes populo simul concionantes, nullus tamen vllius reliquorû sex vocem assequi potuerit. Et si quisquam præterea legerit vel audierit quippiam de immensæ magnitudinis serpente qui inter Nidrosiam & Bergam natitare soleat, fabulosum esse non putet, ipse enim eodem tempore haud procul à Suidmehr (vbi dealbatum istud prospicitur templum (eudè à focijs mihi monstratum vidi. Hodie totius Norvvegiz emporium celeberrimum est Berga, seu Bergæarum. ad hanc urbem annuatim ex varijs regionibus & urbibus deportatur omnium rerum, præcipuè frumentorum copia, quæ deinceps per mercatores ibi residentes in diuersa regni loca vel venditione vel permutatione incolis aduehitur ac distribuitur. pro quibus mercibus pisces aridos, butyrum, seuum, cutes pecudum, vellera preciosâ, oleum marinum (Traen Germ. vocant) non sine lucro reportant.





Infula hæc Is siue Eislandia nomen habet à glacie siue maximo, in terra ita frigore toto siquidem anno non vltra vnus mensis spacium terra à glacie quæ totam circumdat insulam, libera est: quod anni tempus nauis tam intrare quàm exire insulam volentibus imprimis obseruandum, minimè quæ negligendū est. Siciliã magnitudine duplo superat. Tres in ea sunt montes excelesi, quorum cacumina perpetuis operta sunt niuibus, circū pedes verò suos sulphureo igne continuo ardent. nomina eorum Hecla sunt, mons Crucis, & Helga. Ad Heclam montem abyssus est infinitus, vbi sæpius spectra apparent hominum non ita pridem submersorum, veluti viuo corpore presentium. hi à propinquis suis domum vt redeant inuitati; magnis gemitibus respondent, ad Heclam montem se reuocari, & paucis hisce vix prolatis propediem euanescunt. Mirabilia in insula hæc comperiuntur, quorum quædam in medium adferemus. Vrsi hîc sunt albi, magnitudine & ferocitate insignes, vnguibus suis glaciem quoque perforare valentibus, vt exinde mira astutia pisces extrahendo escam sibi comparent. Fons ibidem est vaporeus, omnia quæ vapore suo contingit, in lapidem transformare valens. Certis etiam in anno mensibus incredibiles glaciei acerui ad terræ huius littora agglomerantur, qui ad saxa & rupes allisi, sonitus ac crepitus eorum exaudiuntur veluti hominum miserabiliter vluentium ac gementium, vocumque ex alto descendentium: ita vt multi in ætate ista Religiosa sibi persuaferint voces has esse animarum ex purgatorio productarum, & alternatim summis frigorum cruciatibus expositarum. qua in opinione Gemma quoque Friusiu fuisse colligitur. Per octo menses istum admodū glacies terram hanc circumluit. Tanta hîc est piscium copia, vt sub dio acerui congregentur domorum magnitudine: vbi & præcipuam escam piscatura suppeditat. mellis enim hîc nulla, & farina omnis vasis inclusa magno numero ex varijs littoralis Germaniæ vrbibus huc aduehitur. Similiter & vinum ac ceruisia per mercatores huc apportatur, pro quibus nihil præter induratos pisces & merces ferinas recipiunt. Vix credi possit quantam ex pecoribus suis hîc butyri copiam conficiant. adeo namque pingua sunt hîc pascua, vt necesse habeant pecudes inde auellere, ne immodica satietate rumpantur. Verisimile autem est huius terræ pascua, nostratia pinguedine, virtute, ac salubritate longe antecellere, licet exterius viliora & abiectiora appareant: In Nidrosiensibus namque finibus ipse animaduerti, in altissimis rupibus, quæ adeo videbantur macræ & caluæ vt prouentu earum vix bombicum aceruulum saturari posse crederes; nihilominus tamen hircorum & caprarum greges in ijs pascentes, veluti studio saginatos pinguescere, ac tam præstanti abudare lacte, veluti in affluente horto educatos. Quamuis autem numerosam pecudum Septentrionalis plaga producat, exiguo tamen sunt corpore, ita vt vulgaris præstantiæ Bataua vacca vna tres Noriuegicas facile adæquet, & bos Hungaricus vnus non minorem se præstare virum queat quàm tres Septentrionales: magna nihilominus ista pecudum frequentia Butiri, lactis, carni ac pellium maiorem præbet copiam, minoremque earum rerum caritatem. Subiecta est Insula hæc Noriuegiæ regno. posteaquam autem Noriuegia sub Danorum peruenit potestatem, vitulus matrem secutus est. Insignia insule sunt asellus tostus & coronatus. Hanseatica vero societas in Noriuegiæ Bergis distinctum habent clypeum, cuius latus dextrum fissam Imperij habet Aquilam, sinistrum verò eadem quæ Islandiæ insignia. In Oceano hoc Septentrionali multa, varia, atque ingentia reperiuntur monstra, quorum nonnulla in subiecto typo depicta vides: Cete tam grandia, vt nonnunquam mediocrem te collem videre opineris, sæpius circa Islandiam conpiciuntur, & maximas atque ornatissimas subuertere naues possunt, nisi huic

incommodo



incommodo præueniatur vel tubarum cantu tympanorumque sono ipsa mulcendo,
 ijs enim delectantur: vel vacuum doliorum eiectione collusionibus eorum tempus
 fallendo, quo interea nauium neglectu salui euadant, Nec minus insolitum est vt trá.
 quillo Oceano nauæ huiusmodi balænam conspiciant, non quidem extra aquam, sed
 quasi apricantem & sub aquis immobilem consistentem, fundum muscosum & æ-
 qualem esse rati, anchoram in eum demergant: qua imprudentia multi grande peri-
 culum subière, horum pisciculorum ossa ææ saltē sunt magnitudinis, vt Islandiæ ac
 Vinmarchiæ incolæ mediocres ex ijs domos sibi exstruere possint. Ipse quidem ante
 plures annos inter insulas, Fosē, V Vihe, Bratver, Odden, & Gryp, ad Oceani litto-
 ra dispersa ossium compagula veluti incudū trunco crassissimos Est & aliud quod-
 dam maiorum monstrorum immane genus, quos Piskres siue Phissedros vocant (quo-
 rum Plinius quoque & Sylinus meminere) istud sese erigit, tantumque aquarum flu-
 men per capitis aperta quædam spiracula effundit, vt nauem ijs submergere possit, in-
 terdum etiam inuertat. Serpentes in eodem Oceano reperiunt 200. aut 300. pedum
 longitudine, qui se per ac circum naues flectunt, homines ipsamque nauem in extre-
 mum ponunt discrimen, nisi singulari quadam prudentia ac dexteritate huic malo
 succurrant. Sunt etiam alia duo magna ac horribilia ibidem animalia, quorum alter-
 rum dentes habet magnos ac horrendos, alterū verò immania cornua, & faciem coru-
 scantem, huius oculorum circuitus 16. aut 20. pedes complectitur: caput quadrangu-
 lum est, promissam habens barbam: posteriora tamen eius non adeo magna sunt. Ali-
 us piscis nomine Ziphus, monstrum horrendum ac canes marinos deuorans. Aliud
 quoddam balænae genus à quibusdam Orka, à Noriuegis autem Springual (pro-
 pter eximiam eius celeritatem) vocatum: id in dorso magnum & altum habet acunē.
 Cancris ibidem inueniuntur, quos sua lingua Humbros vocant, tantæ magnitudinis
 tantique roboris vt natantem virum vnguibus comprehendere & interimere possint.
 Reperitur ibidem aliud quoque immane monstrum, Rhinoceroti aliquatenus simi-
 le, naribus & dorso admodum acutis, illud caneros etiam duodecim pedum longitu-
 dinis deuorat. Aliud monstrum quod vacca capite præditum ab incolis vacca mari-
 na ideo vocatur: magnitudo autem eius nondum explorata est. Multa ac monst. ossa
 in hoc tractu sunt genera piscium, volatiliū, ac quadrupedum, vt per
 totam penè Septentrionalem plagam, de quibus singu-
 larem necesse foret librum facere.

(..)





Osteaquam frigidam hanc minusque cognitam plagam ex totius Mundi partibus vnam quoque fecimus, delineationem eius singulari quoque tabula hoc loco exhibimus. Sita est autem regio hæc sub centro Cæli Septentrionalis, quò omnium compassorum indices vergunt quamdiu citra Aequatorem versantur. Vnica voce regio hæc Arctoa non ineptè vocari posset, quod integram zonam frigidam complectatur, quod totius Pqli Arctici medium est. nomenque Polo huic dedit Arcas, quod primarium huius plagæ sydus est. Ipsum porro sydus nomen adeptum est ab Arcade filio Calistus, quæ & ipsa syderi cuidam huius plagæ nomen dedit: qua de re Ouid. Lib. 2. Metam. hæc scribit, quòd scilicet Iupiter cù ad montem Arcadiæ, vnde oriundus etiam creditur, circumuagaret, amore capitur Calistus filia Lycaonis. sed cum frustra multis precationibus eam pellicere conaretur; insidijs rem experitur, ac Dianæ virginis forma sumpta, arcu, sagittis ac pharetra ornatus obuiam ipsi in syluis venit, atque hæc versutia ipsam virginitate sua spoliat. Iupiter igitur contra voluntatem ac meritum suum vitiata virgine, innocentiam ipsius studiosè defendens, Iunonis tamen coniugis suæ animum sæuam ac vlticem nequaquam ad æquitatem flectere potuit. Hæc enim cùm ipsam aliquando lauantes conspiceret ac grauidam animaduerteret, post partum in vrsam eam transformauit, ne scilicet deinceps maritus Iupiter amore ipsius allectus secundum committeret adulterium. Vrsa igitur hæc in syluis errans, filio iam penè adolefcenti ac sagittis suis venatum exeunti obuia fit. Arcas autem rerum ignarus, arcum in matrem suam tendit, quæ territa & anxia filium secreto cordis motu agnoscit, & apertis faucibus contra filium consistens oculos in ipsum immotos tenet. Iupiter igitur eorum miseris omnem hinc moram tollit, ac subito vtrumque ad se in Cælum rapit. Iuno tamen cùm hoc honore priuare eos ægrè posset, ne cum reliquis Cælitibus absoluto frueretur gaudio, omnè nimirum Terram ambiendo variisq; eiusdem stationes contemplando, ad centrum siue punctum Cæli sedes eorum fixit, vbi vterque septem stellis notatur, quam Vrsam maiorem & minorem Latini vocant, Græci Helicen & Cynosuram nominant; Germani verò non ineptè maiorem minoremque currum ex ijs fecerunt. Hæc verò Sydera nuaquam occidunt, sed perpetuo in frigidissima illa Cæli plaga summitatem eiusdem occupant. Quamuis autè hac iniuria Iuno eosdem magna afficere contumelia sibi videbatur, inscia tamen (si rectè consideremus) maiori eos honore affecit, Nullum enim sydus in toto hoc Mundo Arctico nobilius, illustrius, & cognitum magis est necessarium quàm hoc ipsum. duæ enim maioris Currus stellæ posteriores ipsum Cæli punctum demonstrant, cuius puncti siue centri stella à nautis vulgò Leien appellatur, vbiunque etiam locorum Currus illo cõsistat. Etiam si autem Poëtæ fabulam hanc ex vera quadam historia construxerint, cuique tamen liberum erit (si ita sibi visum est) fidem ei adhibere, in gratiam saltem ipsius Ouidij. Sed ad rem. Magna hæc insulam rotunditatis pene formam habet, cuius medium amplum quoddam Mare continet, eiusque medium ingentem ac nigram rupem. Maior porro hæc insula in quatuor minores diuiditur, per quatuor maximos fluuios siue transitus, crucis in modum ex Oceano in Mediterraneum illud Mare permeantes, hic pluribus ille paucioribus ostijs. Hic etiam nota magnam huius Chartæ ab alijs diuersitatem. in cæterarum enim chartarum marginibus nota inueniuntur plagarum nomina, quæ hic nusquam conspiciuntur; sed totus centri circulus versus Meridiem siue circulum Aequinoctialem vergit. Nihilominus tamè respectu eius puncti quod necessario Septentrionale tibi ponendum foret, vbiq; locorum etiam Oriens aliquod & Occidens habere potes. Quemadmodum enim Islandia respectu centri versus Meridiem, respectu Americæ versus Orientem, respectu Noriuegiæ versus Occidentem Septentrionalem, respectu Frieslandiæ versus Septentrionem Orientalem, & respectu Hiberniæ (quæ tamen in præsentis tabula non reperitur) versus Septentrionem sita est; ad eundem modum etiam de cæteris regionibus, vrbibus, insulis, promontorijs &c. in tabula hac Silis pronũciare potes. Illud & notatu dignum, in toto hoc circulo Arctico diem mensium sex, & noctem totidem esse mensium: sic vt dies vna cum nocte sua integrum efficiant annum, quod Germanis nostris (præcipuè verò Sueuis ac Bauaris) ridiculum ac fabulosum videbitur: nihilominus tamen non in gratiam Ouidij, sed mihi ipsi alijs.

que permultis testibus ocularibus ista credas. Sed proh dolor quid vtilitatis ex longa ista nocte miseri somnolenti percipiunt, vbi & stellarum splendor, Lunæ candor, ad ignis ac luminis vsum lignorum, sebi, olei marini omnis suppeditat copia: sicut noctu totidem, imo sæpius plura, perficiantur opera quot interdium, præcipuè verò piscationibus. Aestate etiam quæ ipsis continuus est dies, nostratium dierum horarumque discrimina non minus quam nobis nota sunt, licet campanæ sonitu vbiq; destituatur. In hoc tamen perpetuo solis splendore maiorem caloris vsum non percipiunt, quoniam nunquam ex alto ipsis imminet, sed vbiq; plagarum longiorem ipsis vmbra facit, & semper occiduus apparet. Hoc loco & illud obserua, si locorum distantiam in præsentibus tabula emetiri volueris, aut cuiusvis circuli capacitatem cognoscere; tum non extremi circuli gradus consulas, quorum bini nequaquã tibi triginta miliaria Germanica efficiunt: sed eam consulas lineam, quæ ex centro ducta exteriori circulo finitur, in qua 190. Parellelo, distinctos gradus reperies qui hinc rotunditatis contractione non breuiantur, sed per integrum globi circuitum (si hic sit) iustam longitudinem retinent. Quæ huius Poli Arctici, eadem quoque ratio est Poli Antartici (quam Terram Australem quoque vocamus) nisi quod necessario istud per vices eueniat, vt si huic Aestas, tum illi Hyems, & viceuersa sit.


Antarcticus enim æquè atque Arcticus polus suam
habet Zonam frigidam.





Merica hæc quam præfens tabula exhibet, totius Noui Orbis pars est Septentrionalis, huic quòd Australem (quam à potiore in ea prouincia Peruiam vno nomine vocauimus) amplitudine superet, vngatum Noui Orbis nomen Americam reliquimus. Hunc nouum Orbem initio Indiam Occidentalem vocarunt, est que ingens hæc Mundi pars in vastissimo sæuissimoque Atlantico seu Occidentali Oceano expansa, & antiquis penitus incognita permansit, ad annum vsque 1492. quo primum à Christophoro Columbo Genuense ingentis animi, acerrimi que ingenij viro, ac nauigatorie artis non mediocriter gnaro sub felicibus auspicijs Ferdinandi Hispaniarum Regis detecta fuit; cum persuasus fuisset, tum ex Astronomiæ cognitione, tum ex veterum quorundam monumentis, in vastum illum Occidentis Oceanum trans cognitos Terræ terminos magna terrarum spatia dari. Post quem deinceps Americus Vesputius, & alij præstantes viri, vniuersam penè ad occasum & Austrum perfecerunt, ab hoc Americo postea sibi nouis his Orbis Americæ nomen reseruauit, est que in vniuersum multiplex ac varia pro Cæli ac Soli natura: alicubi quidem mirè ferax, alicubi verò sterilis ac inops: partim in planitiem expansa, partim in colles ac montes asurgens; multis inclitis omnibus irrigua, quorum plerique aurum in arenis ferunt: lacubus ac fontibus copiosa, frumento ac leguminum prouentu felix (licet in hæc vsq; tempora frumento ac vino caruerit) inter quæ est leguminis, quoddam genus nobis hæcenus inuisum, quod Mayz dicunt, quo vberime affluit, est que incolarum præcipuum sustentaculum aliquibus tamen in regionibus panem ex radicibus quibusdam contusis conficiunt. Mittit præterea Orbis hic saccharum, gossipium, linum, & alia vt apud nos: & fert multas arbores, herbas, animalia, volucres, aues pisces, & huiusmodi alia partim nota nobis, partim ignota. equi tamen per vniuersum nouum hunc Orbem penitus incogniti sunt, vnde incolæ ad primum equitum conspectum exanimis metu fiebant. Habet aromata quoque, margaritas ac gemmas: sed auri & argenti incredibili copia affluit, alijsq; metallis & mineralibus. Incolæ colore sunt sub fulco, plus minusue pro locorum diuersitate, vultu non admodum specioso, moribus efferatis ac penè belluinis, nudi vt plurimum incedunt, egregij sunt cursores & natatores, corpore valde mundi, voluptatibus dediti, & libidinosis admodum, flagitiosissimoque Arabicæ libidinis vitio laborantes, & plerisque in locis anthropophagi. Cacadæmonum præterea & idolorum cultores, quorum etiam nonnulli Solem & Stellas adorabant. Varia & penè innumera habent idiomata inter se valde differentia. arcubus & sagittis vtuntur, quas dentibus piscium, & animalium ossibus communiunt, cum ferri vsum ignorent. Aurum, argentum, gemmas, aliaque pretiosa vili pendunt: at pro diuitijs plumas auium, & alia parui momenti habent. Hodie autem multi ex eis cultiores redditi sunt post Hispanorum aduentum, præsertim qui circa loca maritima versantur & Hispanis subiecti sunt. Qui verò mediterranea incolunt loca, mores patrios adhuc retinent. Nostra porro hæc America longo tractu ab Ortu, vbi Septentrionales aliquot insulas Europæ respicit, ad Occasum extenditur versus Chinense regnum, Iaponicam insulam, à quibus vasto Oceano discriminatur; & Tartariæ limites, quæ quidem Asia sunt partes. Distat autem minus Americæ huius Occidentalis pars à Tartariæ limitibus, quam ab alijs partibus, vt pote miliaribus tantum 250. sed ab Insula Iaponica 750. & à Chinæ continenti miliaribus 100. supra mille. A Meridie vbi tota circumnavigata est, pulsatur duobus ingentibus Oceanis, qui vulgò Mar del Nort, & del Zur, nominatur, Septentrionalis eius limes porrigitur versus Polum Boreum, nec hæcenus circumnavigari potuit. Partis autem cognitæ huius peninsulæ circumnavigatio traditur miliarium 16000. in qua quidem complures sunt regiones, nimirum Quiuira, Noua-Hispania de qua sequenti tabula dicemus, Nicaragua, Iucatan, Florida, Apalchen, Norumbega,

qu
no
lu
in
er
qu
li
m
H
cu
bi
ce
ti
cu



I Regiones haec multum adhaec sunt incognitae; neque eo ob incognitum frigus adnavigare licet.

Haec Insula optima et saluberrima totius Septentrionis esse perhibetur.

Perpetuus nimbus haec Regiones cooperat et perhibetur.

Passi sub Capiteano Ribaldo prius in Florida periret, Anno 1511 ab exploratore Christophoro aris de spinis Regis Caroli VIII appellati. Secunda navigatio fuit sub Capiteano Ludovico de Verrazano, Anno 1497, et exploratore Christopheo Colombo, Anno 1492. ab hisque, cum fuit exploratio, cum ipsorum Capiteano prius deinde tandem compari hactenus interfecti.

NOVI ORBIS PARS BOREALIS, AMERICA SCILICET, COMPLECTENS FLORIDAM, BACCALAEON, CANADAM, TERRAM CORTE

rialem, Virginiam, Norumbecam pluresque alias prouincias. America siue India noua, Anno D. 1492 a Christophoro Colombo Genuensi, nomine Regis Castellae prima detecta fuit. Nomen autem sortita suum est ab Americo Vesputio Florentino, qui prima navigatione cum Colombo emissus erat, tanquam nauigandi arcem eductus, elapsis aliquot annis propria instituit navigationes, atque anno 1497 terram hanc, quae prius insulae in continuum esse ambigebatur, vere continentem esse comperit, siuuectam tam a Contente Orientali, quam nos inhabitamus. Eam porro regionem quam hodie Virginiam appellamus, Anno 1585 Iuulceri, Raleigh nobilit Anglus Reginae suae nomine detexit. Regis esse Aluminis, Vini, Ferri, Aris, Cedri, omniumque necessariorum feracissima frumenti incredulis prouentibus, pens melioceri sicura, chlauidis e ceruina pelle tecta, arma sunt arcus et sagittae ligni, oppida excipua. Navi vicinis sunt, denariae aut quadecimariae actuum, raro plurius portus: etiam in delinquentes insituta sunt. Capo de Brecon a Ioanne Verrazano Florentino anno 1497, nomine Regis Galliae detecta: Verum inter Canadam et Floridam a barbaris captus occiditur, sicutur, et deuoratur. Virginiae et Floridae Historiae libri Franc. apud Episc. Imperantur.

rumbega, Noua Francia, Terra laboratoris, & Estotilandia. Quiuira regio Occiden-
 talior ferè est cæteris, satisque temperata, herbida, fructifera, & animalibus copiosa,
 præsertim capreolorum & bouum qui à nostris multum differunt, quorum carnibus
 ac pellibus incolæ vescuntur ac vestiuntur. Ab hac regione procedendo versus Ortum
 iuxta maris littus ad caput vsque Californiæ, prope sinum magnum vulgò Mar vi-
 miglio dictum, tellus arida est, sterilis, ac malè habitata, frigori que obnoxia. Sic quo-
 que littoralis pars Occidua vltra regionem Quiuiræ. Vltra sinum Californiæ sunt
 loca aliquot parum habitata ac nota, ob eorum inopiam vsque ad nouam Galitiam.
 Nicaragua vtr plurimum arenosa est, ac calori æstiuo obnoxia: iuxta tamen fluuios fer-
 tilis valde est, in hac regione ingens est lacus qui 300. miliaribus extenditur, & crescit
 ac decrescit vt mare, pluresque continet insulas: distat autem à mari Pacifico 12. milia-
 ribus, sed tamen in Mar del Nòrt exoneratur, à quo multum abest. Iucatan peninsulæ
 formam referens in Mar del Nòrt porrigitur, est que segetum, fructuum, mellis, ceræ,
 & animalium quorundam ferax vt sunt anates, gallinæ, lepores, cerui. Inter Iucatan &
 Nicarguā iacet Guatimala vrbs in mediterraneis, quæ agro potitur fertili & amæno,
 atque aere salubri. Florida satis amæna omnium fructuum fertili est, oram tamen ha-
 bet asperam, & paucos Maris portus. & hanc prouinciam tum Gallitum Hispani non
 semel occupare frustra conati sunt. Apalchen vt plurimū sterelis, inculta ac malè ha-
 bitata, & ora eius importuosa est. montes habet arboribus celsissimis conuestitos, &
 planities animalibus refertas, vt sunt lepri, cuniculi, cerui, anates, & alia huiusmodi.
 hæc regio alijs Virginia vocatur Norumbega peninsulæ instar, cælo potitur tempera-
 to, & agro fertili. Mare eius arenosum ac periculosum est. Noua Francia quam Galli
 primum detexerunt, regio inops, proferens tamen segetes & legumina. Terra Labo-
 ratoris seu Corterialis in peninsulæ formam iacet, inter Estotilandiam & Canadam
 fluuium adeo ingentem vt eius ostia 35. miliaribus pateant: longitudinem habet incre-
 dibilem, nam ferunt nauigatum fuisse 800. miliaribus. Estotilandia cæteris regionibus
 Septentrionalior & Orientalior: prima omnium huius noui Orbis detecta fuit anno
 1390. ab Antonio Zeno Patritio Veneto, satis hæc regio est culta, & omnium penè re-
 rum ad humanū vsum fertili, metallis diues, præsertim auro, frigori valde sub-
 iecta. Incolæ culti & ingeniosi, omniumque penè mechanicarum
 artium periti, cuius vestitus est ex ferarum & vitulo-
 rum marinorum pellibus.





Oua Hispania amplissima est prouincia, & cæteris huius Noui orbis cultior, amœnior, ac populis frequentior. quæ incipit à sinu Californiæ, quem vulgo Mar Vermeio dicunt, & extenditur vsque ad sinum Mexicanum ad Mare del Nort, & ad Iucatanam regionem. Occupata primum fuit ab Hispanis anno 1518. duce Ferdinando Cortesio, n. axima tamen suorum & incolarum strage, cui remunerationis causa data fuit Tecoantepec regionis huius prouincia. Est autem terra hæc montibus ac rupibus asperimis referta, nemoribusque occupata, & aere potitur temperato, quamuis sub Torrida iaceat Zona. in ea fluuij sunt quamplurimi piscibus abundantes, quorum aliqui etiam auriferi sunt. lacus etiam in ea multi sunt, maiori ex parte falsi. ex quibus sal conficitur: inter hos ingens est qui Chapalicum mare ob eius immensitatem vocatur. Abundat præterea regio ipsa mineris opulentissimis auri, argenti, ferri, & æris: atque mittit casiam, fistulam, & fructus quosdam quos incolæ Cacao appellant amygdalorum instar, ex quibus potum conficiunt: gossipio, ac omnibus insuper fructibus quos in Europa habemus, affluit. Sic quoque omnia profert animalium genera, vt sūt anseres, anates, coturnices, gallinæ quæ nostras longè superant, lepores, cuniculi, oues, boues, cerui, tigres, leones, vrsi, & alia huiusmodi. vnde carniū hîc magna habetur copia, & vilissimo sanè pretio. Inueniuntur etiam in fluminibus crocodili, quorum carnes ab incolis comeduntur: & mare regionem alluens piscibus mirè abundat: ostreaeque fert ex quibus margaritæ mirè colliguntur. Iocolitur porrò hæc pars ab Hispanis magis quam vlla alia Noui orbis: vnde multas in ea habent colonias, nempe Compostellam, Colimam, Purificationem, Guadalaiaram, Meechoacham, Cacatulam, Mexico, & alias. sunt porrò in hac Noua Hispania insignes nonnullæ prouinciæ, nempe noua Gallitia, Mechuacan, Mexico, & Gualtecan. Noua Galitia ab incolis prius Xalisco vocabatur. hanc primus detexit & acquisiuit Nunus Gusmanus, qui in ea vrbes aliquot fundauit, nempe Compostellam vbi sedes Episcopalis, & consilium Regium Spiritus sancti, Conceptionis, S. Michaelis, & Guadalaiaram celeberrimam totiúsque regni caput. Regio aspera est, & incolæ feri ac crudeles, qui ab esu carnis humanæ non abstinent. Pertinet ad Nouam Galitiam regio illa quæ Culiacana vocatur ab vrbe huius nominis. iacet autem inter fluuium Piaftla, & fluuium Sancti Sebastiani, qui antequam in Mare se exoneret, à terra absorbetur. Metropolis est Culiacan, vbi Hispani fundarunt coloniam Domi. Michaelis. Incolæ pauperrimi sunt, & sub dio dormiunt, quorum qui iuxta Mare versantur, piscationibus vitam traducunt: qui verò mediterranea tenent, venationibus viuunt. Nullum olim superiorem agnoscebant, sed hodie Hispanis parent. Mechuachâ regio ambitum habet 40. leucarum, & ex opulentiorebus ac fertiliorebus est NOVAE HISPANIAE. nam in ea ter quotannis mahiz maturatur, atque etiam alij fructus. affluit gossipio, melle, cera. granistinetorum, herbis medicinalibus, ambra Nigra, & Sale. Sericum quoque abundè fert, & auro argentoque diues est. Multi sunt in ea lacus ampli, & fluuij peropportuni, piscibus copiosissimi. Incolæ proceri & corporibus valentes sunt, longæui, & ingenio pollentes. Duas continet vrbes principales ab Hispanis cultas, in quibus vigent mercimonia, nempe Pascuar, & Valadolit quæ sedes est Episcopalis, præter alias minus celebres.

Mexicana regio cæteris non tam nouæ Hispaniæ, quàm vniuersæ præstat Americæ. Nomen sumit ab vrbe Mexico, quæ Temistitan quoque nuncupatur, & hæc vrbs olim extructa erat Venetiarum instar in medio immensi cuiusdam lacus antequam à Cortesio occuparetur, qui eam ad eiusdem lacus ripam transtulit: estque nunc optimè fabricata, ambitum capiens sex miliarium, cuius vnam partem Hispani inhabitant, reliquum verò naturales. Residet in hac ipsa vrbe Archi

episcopus



MEXICO *Urbs Regalis, aut potius omnium Novi orbis civitatum regina; in ripa lacus sui paludis partem, sicut una ipsi orbis area paludosa est, adeo ut ad eam non nisi per pontes aditus aut circuitus pateat. Lacus huius est salinus, quolimpitudine ad sex leucas latitudine quinque se diffundit partibus caret, praterquam minutis, quos terminos rectius appellare possis: ex quorum per ueridius, quos ardoribus aestivis ibidem causatur; aer interdum inficitur; ita ut in lesena reddatur habitatio; nihilominus in sua meretricibus ad eo frequens est ut quodam aliud nostri Orbis imperium. ampla enim urbs, sic quae trium fere leucarum icomeris in ambitu habeat. lacus alter; quod huc confinis, dulcis est et piscibus abundans, in quo etiam multa sunt oppida, quamlibet tamen etiam in utroque lacus ripa. Cum haec urbs ab Hispanis caperetur, annus erat quadragesimus post centesimum, eratque Montezuma id temporis eius Rex nominis. mirum eam tam exiguo annorum intervallo in tantam multitudinem ac magnificentiam increvisse. Plura leguntur in Tabula Novi Orbis.*

1 Turbida haec fluvius, ab Hispanis vocatur ad eius natura neque sapit si in terram abscondit et demum emergit. 2 Nix montibus maxima argenti copia effunditur. 3 Quatuor gentes ferae. 4 Chiapola provincia. 5 Tarascae hic habitant. 6 Andropogani hic sunt. 7 Teocaltitl provincia, gentes iudonice. 8 Guacacates provincia montosa. 9 Mecapuzones populi. 10 Argenti et auris fodinae. 11 Minera auri. 12 Lacus aquae calidae. 13 Acacuacan Tarascorum provincia. 14 Sabinae. 15 Sacatula. 16 Fodinae argenti. 17 Coatlanpanecas. 18 Argenti minere. 19 Flammium mons. 20 Lacus salinus. Fuit haec Provincia sub Hispanorum imperio et redacta circa annum Domini 1519 duxit Ferdinando Cortesio qui eam magna inculturam strage expugnavit. Flamma hic sunt quam plurima aereas arenas ferentia, ita ut tota regio auri et argenti feracissima sit.

HISPANIAE NOVAE SIVE MAGNAE VERA DESCRIPTIO
Quae fecit *Johann Baptistae Meier, geographus.*

episcopus, & Prorex, ac tribunal supremum nouæ Hispaniæ, est que hic etiam imprimendi ars, & cudendi pecuniam. Hic autem lacus ad cuius ripas vrbs extructa, salus est, & crescit ac decrefcit veluti mare, & dum crescit, suas aquas in alium vicinum lacum effundit qui dulcis est. nullos autem fert pisces, sed tantum verines astate putrescentes ac aerem infestantes: extrahitur tamen ex eo magna Salis copia. Ambitus amborum lacuum patet 30. circiter leucis, atque tam in ipsis quam circa eorum ripas iacent 50. circiter oppida, quorum singula continent plus minus 10000. domorū: atque per eos discurrunt 50. scapharum millia, quas canoas vocāt, ad vsum vrbs Mexico, & aliorum oppidorum. Sunt autem hi lacus in planitie montibus percincta, qui niue semper operti sunt, quæ quidem planities collibus etiam intermixta est amænissimis. Post Mexico est Tescuro vrbs ad ripam eiusdem lacus, quæ amplitudine sua Mexicum ipsum adæquat. Est etiam in hac prouincia Angelorum ciuitas, quæ prius Vacipalam, id est terra serpentum, vocabatur. hæc lanificio in primis celebris est, eiusque ager vallibus ac planitiibus distinctus, in quibus innumera arma & greges aluntur, & magna segetum ac fructuum copia colligitur. Est quoque in eadem prouincia mons flammivomus, qui Popocampeche incolis vocatur. Incolæ huius regionis olim hominiuore erant, pluresque ducetes vxores: iam vitijs istis paulatim defueuerunt. vtuntur in bello sagittis & fundis quibus lapides iaciunt. Guastecan prouincia ad Mar del Nort exposita est, & minus fertilis; incolæ tamen humani sunt, ex piscatura viuentes. Est in hac regione mons in quo reperiuntur duo fontes, alter scilicet picis nigre, alter vero picis rubre feruentis. Duas hæc colonias Hispani habent, nempe Panuco, & D. Iacobi à Vallibus. Postremò in Noua Hispania est Tlascalan vrbs; quæ post Mexico secundum tenet locum, est que valde populosa & opulenta, agro fecundo, ac Reipublicæ more gubernatur, sub imperio tamen Hispanorum.





ENINSVLA hæc Noui Orbis, quæ tota ferè in Meridiè porrigitur, Africa & ingenti Pyramidi per similes est, cuius basis propè Isthmum est ac versus Boream, quam quidem illa terra efficit quæ Hispanis Firma vocatur. Vertex seu cuneus sensim extenuatus ad Magellanicum definit fretum versus Antarcticum polum grad. penè 53. ab Aequatore dissidens. Orientale latus pulsatur vastissimo Oceano del Nort vocato. Occidentale verò ingenti clauditur itidem Oceano qui vulgo Mar del Zur, & Pacificum vocatur. Totius huius continentis Meridionalis circumnavigationem ferunt completi 16000 miliarium; cuius sanè Orientalis pars à Maragnone fluuio ad Argenteum vsque fluuium vulgo Rio della plata, Lusitanorum iuris est: reliquum Hispaniæ Regibus acquisitum est. In hac porro Orbis portione sunt continua serie à Borea ad Austrum expansi montes spectatæ Celsitudinis, ad quorum cacumina nec aues suo volatu ascendere queunt. ab his ingentes exoriuntur fluuij, qui ad vtrumq; Oceanum suas aquas mittunt: inter hos celeberrimi & magnitudine admirandi sunt Argenteus & Maragnon. Argenteus ab argenti copia sic dictus: is enim quacunq; tēdit, agros & incolas inexhausta argenti opulentia afficit. Postea per multis influentibus annibus adactus, in Oceanum del Nort ingenti ostio quadraginta leucarū amplo præcipitat. Maragnon quoque in immensam latitudinem ac longitudinem patefcit: ferunt enim nauigatum fuisse sex millibus miliarium, eiusque ostium 70. leucas completi. Est præterea hæc Noui Orbis pars auri & argenti miro prouentu beata, atque omnibus affluit rebus tam ad humanæ vitæ necessitatem quàm ad delicias. nec desunt in ea pretiosi lapilli. Multæ ac innumeræ in hac sunt regiones, quarum quædam cognitæ sunt ac satis exploratæ: nonnullæ verò vix nomen notum habent, quod vel ob eorum inopiam accidit, vel ob incolas bellicosos, terribiles ac indomites. Præcipue verò earum sunt Castella aurea, Peruuia à qua tota peninsula nomen trahit, Chile, & Brabilia, quæ ab Hispanis & Portugallensibus satis cultæ sunt. Castella aurea, vulgo Castiglia del ozo, totum occupat isthmum quo America huic Peruuia constringitur, cuius latitudo 18 leucas occupat. est autem malè habitata ac parum culta ob Cælum inclemens, & stagnantes aquas. duæ tamen in ea sunt celebres vrbes ac populo frequentes, iuxta vtriusque pelagi littora ad appellentium opportunitatem extructæ, licet infalubri & ipse potiantur aere, nempe Theonyma, vulgò Nombre de dios, quæ Mari del Nort: & Panamais quæ Mari Pacifico apposita est. & hæc quidem vrbes quæcunque vel è Peruuia regione in Hispaniam deportantur, vel ex Hispania in Peruuiam aduehuntur, sicut portuum hospitio excipiunt. Peruuia propria, totius vniuersalis Peruuie prouincia famosissima, à Peru fluuio nomē trahit, & detecta primum fuit anno 1525. à Francisco Pizarro, qui postmodo eius prouinciæ præfectus ordinatus plenè eam perlustrauit & occupauit. Diuiditur hodie in tres partes, in planitiem, in Sieras seu montaniam, & in Andes seu ultramontanam. Planities Peruuia iuxta maritimam oram expanditur miliaribus propemodum mille & quingentis (de Italicis hic loquimur) eiusque latitudo maior ad sexaginta miliaria accedit. Est autem hæc pars fabulosa, solitudinibus frequentibus deformis, ac maiore ex parte sterilis, præsertim cum nec vltos habeat fontes aut lacus, nec vllis imbribus aut pluuijs vnquam adiuuetur. Montana regio Peruuie longo extenditur tractu à Septentrione ad Meridiem mille circiter leucis, nec magis à Mari recedit quam 20. leucis, & aliquibus in locis minus. suntque hi montes admodum frigori obnoxij, in ijsque frequenter niues cadunt, nec arbores vt plurimum proferunt, vnde ignem ex terra quadam ad hoc apta incolæ fouent. Re-

periuntur

periuntur hinc leones, lupi, vrsi nigri, capreoli, & quoddam pecudum genus camelis si-
 mile, e quarum lana vestes gauflapi nas, & alia necessaria conficiunt. Continentur in-
 ter hos montes multae amplae valles ac profundae, fertilissimae, ac populo numerosis-
 simae, cum aere potiantur caldiore. Et incolae quidem harum vallium ceteris huius
 tractus ingeniosiores, animosiores, ac ciuiliores sunt. Andes sunt etiam montes, sed
 continua serie producti absque vallibus, qui etiam ex Sept. in Meridiem incedunt.
 Chile prouincia a Meridie Peruuiae regionis iacet ad Mare Pacificum exposita, quae
 ab incredibili ipsius frigore nomen adepta est. haec autem pluuias, fulmina, & totius
 anni mutationem sentit quemadmodum Europa. estque partim maritima, partim
 montana, sed iuxta Mare aliquanto incalescit. Fert autem omnifariam fructus ex Hi-
 spania allatos, & magnam mittit pecudum & struthionum numerum. Huius fluij in-
 terdiu decurrunt, noctu vero frigore penes gelati tarde ac debiliter incedunt. Incolae
 proceri sunt, bene dispositi ac bellicosi, quorum arma sunt arcus & sagittae, eorum ve-
 stitus ex animalium pellibus ac luporum marinorum fit. metropolis eius est D. Iaco-
 bi vrbs, vbi nunc noua Hispanorum colonia coalescit. Brasilia regio inter duos inge-
 tes fluuios iacet, nempe Maragonem a Sept. & Argyreum (vulgo rio della Plata) a Mer-
 idie & partim ab Occasu, a qua etiam parte ad altissimos Peruuiae montes accedit, sed
 ab Ortu vastissimo Oceano del Nort pulsatur. Hanc autem Brasiliam Americus Ve-
 sputius Emmanuelis auspicijs accuratius explorauit, atque a duobus ab Aequatore
 gradibus partibusue, ad gradus 45. in Austrum excurrens, trigoni oblongi speciei re-
 recta protenditur. angulus extremus ignotas ad Meridiem regiones attingit. latus in
 Orientem spectans, interposito Oceano Hesperijs Aethiopijs obiacet. alterum latus
 a Prouincia Peruana disterminant iuga montium adeo celsa, vt ipsos auium volatus
 fatigare dicantur, vno duntaxat, quod adhuc exploratum sit, eoque difficillimo tra-
 situ. Regio ferme tota imprimis amena est, caeli admodum iucunda salubrisque tem-
 peries. Scatet ea tota ferme plaga fontibus ac syluis amnibusque inclytis: e quibus (vt
 reliquos taceam) is quem Argenteum vocant, leucarum 40. ostio in Oceanum fertur
 adeo violentus, vt inde nauae dulces hauriant latices priusquam tellurem ex alto co-
 spiciant. Terra partim in planitiem exspatiens, partim in colles clementer assurgens,
 felix praepinguibus glebis & riguo solo, temperque vernante, credita semina multi-
 plici reddit foenere: & sacchari praesertim est ferax, quod caeleste donum Attico mel-
 li longe anteferendum, proceris arundinibus condidit natura: e quibus aquaria mola
 dulcissimus humor expressus, in ahenis ad purum excoquitur. De huius &
 reliquarum Peruuiae prouinciarum mira fertilitate scribit Io. Pe-
 trus Maffei. consule quoque Maginum, Bo-
 terum, & alios.



MAGELLANICA, SIVE TERRA AVSTRALIS.



AEC Orbis pars, quam communiter Terram Australem vocamus, integrum per se continuum existit, & maxima totius Mundi insula est, in quam ex ceteris Orbis partibus terrestri itinere perueniri non potest: cum tamen possibile sit ex Europa pedestri itinere non in Asiam modo, sed ad intima etiam Africae perueniri: ut etiam ex Peruvia in Americam, & vicinera, ex nulla autem praedictarum partium, nisi per Oceanum, in Magellanicam hanc iter facere licet. tota namque iam plus semel circumnavigata est, praecipue à duobus istis heroibus Marinis Anglicanis Francisco Draco & Thoma Candisio, de quorum vtriusque expeditione nautica singularem descriptionem fecit Iodocus ille Hondius ciuis Amster-

damensis. Continens autem hac amplitudine sua Asiam, Africam, & Europam coniunctim adaequare potest. Meditulum eius Frigidæ Antarcticæ Poli Zonæ subiectum est, seu vt simplicius dicam; subiecta est Terra hæc isti stellæ quæ stellæ nostræ Arcticæ (quam Germani nostri maritimi Leien vulgo vocant, & ad eius indicium Cursum suum dirigere coguntur, non ij tantum qui Oceanum ac Maria pererrant, sed etiam quotecunque pedestri itinere in syluis atque solitudinibus vagantur, cuiusque ad stellæ nutum horologia quoque solaris componi coguntur) è diametro opposita est, ita vt Terræ globus inter veramque in aëre pendens consistat. Primum quidem integra Zona frigida hac Mundi parte completur, quam integra vix Europa complere posset: deinde dimidiam penè Zonæ temperatæ partem ad se rapit: in 150. Meridiano decimum quintum gradû attingit, ita vt fretum quod est inter Iauam maiore & extremum apicem promontorij huius Australis, in latitudine sua triginta miliaria Germanica non excedat. In 190. & 200. Meridiano etiam gradus aliquot Tropicum Capricorni superat, proximeque præstantissimam nouæ Guineæ insulam attingit, de qua multis annis post Magellani navigationem dubitatum est, insulaue an continuum cum Magellanica hæc esset. Huius verò Australis terræ pars quæ nouæ Guineæ vicina est Magellanica appellatur à Ferdinando Magellano, primo huius terræ inuentore, qui primum eam inuadens cum graue certamen ipsi aduersus incolas cum socijs suis esset, in eo conflictu periit. Ab eodem Fretum quoque Magellanicum sibi nomen adsciscit, cuius ipse omnium mortalium primus inuentor & transuector extitit, atque hoc ipsum fretum Terram Australem à Peruvia seiuungit. Magellani porrò huius expeditio nautica initium sumit anno 1519. vigesima Septembris die, quo cum Hispania soluisset, sequenti primum anno die 21. Octob. fretum hoc attingit, ita vt tredecim menses hac vna egressione (de reditu non loquor) insumserit. Occasio autem expeditionis huius Magellanicae hæc fuit. Alexander 6. Pont. Castellanorum ac Lusitanorum itinera discriminavit imaginaria quadam linea 400. miliaria versus Occidentem à capite Verde ducta, vt quæ ad Orientem vergeret, Lusitanis attribuerentur, petitioni autem eorundem locum dans Pontifex, assensit vt prædicta linea 180. miliaria (quæ minora vbiq; sunt) in Occidentem ulterius perduceretur. Moluccarum insularum diuitiarum postmodo causa exitere multatur contentionum ac dissidiarum inter vtrumq; Regnum quod sibi attributas esse insulas istas contendebat. Eo in certamine hæc commoditas Lusitanis cessit, vt per sui Oceani partem passibus olim patefactis eo transcurrere possent: Castilianis autem vsq; dum ignotum erat, pateretne aliquis ad ista loca sibi transitus nec ne. Tandem prædictus Magellanus natione Lusitanus (cui Rex suus minus dignam mercedem tribuerat) Carolo Quinto sese obtulit, vt per suum quoque Oceanum ad Moluccas transitum inuestigaret: qui ad graue istud propositum (nam circiter triennium hac de re consultum fuit) quinque ipsi naues cum omnibus necessarijs extruxit, easque 237. militibus firmavit. Ita tum instructus Magellanus soluit, menses aliquot circumnavigando, donec ad ingens illud fretum (postmodo à se Magellanicum dictum) peruenit. In isto itinere incommoda multa pertulere, famem, sitim, tempestates, fri-




1. Visitationes hic esse regiones ex
 a Pauli Viceroy, et Ludovici Viceroy
 manu scriptis pergrinationibus li-
 quido constat. 2. Provincia australis
 3. Terra australis incognita. 4.
 Inter 3. Lauracis et la Roversis in-
 las i'edem admodum est terribis Or-
 tum et Occidens fagus et resurgens Dec-
 em. 5. Sic a Lusitania appellata, ab in-
 credibilem eorum amon idem magni-
 tudinem. 6. Nunc continentes, australem
 australi. Magellanicum regimen ab eius pue-
 tore nuncupant. 7. Terra super incognita, si
 in se insula, an pars continentis, australis
 incognita est. Fretum Magellanicum
 sic a Magellano thalassarcha, qui Portugali-
 bus Regis officio cum Mabucas insulas Occi-
 dentem terribis quareo primas texares, ad
 hoc fretum devenit, cui legitimus puelle esse
 fore 1000 miliaria Hispanorum. Latitudo hic
 aliquando tris, aliquando duos, sicutum se mili-
 aris scaberris multa est, ac cu' pl' Orbis hic
 Australis insula saltem esse credebat, quia
 tantum in partibus apparet. Ance, si pars pres, resse tota circ' nuncuparetur.

CHICA
 SIVE
 PATAGONICA ET AVS-
 TRALIS
 TERRA.
 MDC.

gora incredibilia, adhæc subditorum militum seditionem. Aqua quæ potus ipsorum erat tã
foedum emittebat odorem, vt bibentibus necesse fuerit nares occludere: oryzam aqua mari-
na coquere cogebantur, vnde tantus dentium dolor, gingiuarumque tumor plurimos ador-
tus, vt edendi ipsis nulla fuerit potentia, & hac miseria viginti morerentur. Fretum hoc in
longitudine 110. in latitudine autem à duobus ad sex continet miliaria magna. Est locus vbi v-
nius tantum magni miliaris longitudine est, in eo castrum extruere Rex sibi proponebat:
classem itaque 2000. Hispanorum eò sub præfecto Diego di Florez mittit, quorum tamen
maxima pars in itinere perijt. Porrigitur fretum hoc directa linea ex Oriente in Occiden-
tem: vtrumque igitur eius ostium in altitudine gradum habet 52. cum dimidio. Aestus huius
freti tam importunus ac horrendus in Orientem sese effert, vt multi opinati fuerint, eadem
esse Antarcticæ huius Oceani naturam cum Arctico, vbi similis fluxus ac refluxus Maris exi-
stet. Insulæ, rupes, saxa latentia, angusti meatus, in hoc freto satis superque inveniuntur. Po-
steaquam verò ingens hæc Mundi pars interius à nullo etiamnum explorata est, sed exteri-
ora tantum eius littora circumnavigata sunt, certam aliquam stationem fluuijs, habitatio-
nibus, Lacubus, Montibus, ac Syluis tribuere nequimus in tabula nostra. longius enim hinc
eadem regio distat quàm vel India vel Bresilia, licet plus temporis requirat nauigatio ad In-
dos Orientales, quàm ad hanc terram si ad proximum littus appellere velis. Notissi-
mæ ad hanc Orbis partem spectantes insulæ sunt, Noua Guinea, & Iaua mi-
nor, de quibus in maiori nostra Germanicè conscripta Geo-
graphia plura innecies.



Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Ge. u. St. 447.

